

CANCELL.
MARTIS B.
1718.


OÖM

~~*St. S. B. R.*~~

~~*XXVIII. 9. a*~~

V.L.C. 67.56

MS. Virgunc 15



6
H

I. N. D. N. F. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS,
De
CAMBIALIUM
LITERARUM ACCE-
PTATIONE,

Von
Acceptirung der Wechsel-Brieffel

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,
MARCHIONE BRANDENBURGICO ET ELECTORATUS
HEREDE, &c. &c.

IN FRIDERICIANA ELECTORALI BRANDENBURGICA,
EX DECRETO ET AUCTORITATE ILLISTRIS FACULTATIS JURIDICE,
PRÆSIDE

D.N. SAMUELE STRYKIO,
JCTO, COMIT. PALAT. CÆSAR. SERENISS. ET POTEN-
TISS. ELECTORIS BRANDEMB, CONSILIARIO INTIMO, PROFESS. PRIMARIO,
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, ET p. t. DECANO.

PATRONO FT PRÆCEPTORE SUO ÄTFRNUM SUSPICENDO,
IN AUDITORIO MAJORI

DIE IIIX Decembr. A. M DC XCIX.

Horis ante- & pomeridianis.
Solenni Eruditorum disquisitioni exhibet

JACOBUS Möpner/ Reg. Pruss.

Recusa HALÆ MAGDEB, Typis Chr. Henckelii, Acad. Typ. 1710.

Inclutæ Reipublicæ Palæopolitanæ,
Patriæ Patribus Conscriptis,

VIRIS

Generosissimo, Nobilissimis, Consultissimis,
Amplissimis, multarum rerum prudentia ac experientia undiqua-
que Celeberrimis,

DN. FRIDERICO à Verschau/
Sereniss. & Potentiss. Elector. Brand. Supre-
mi in Borussia Tribunalis Assessori, Consiliario Aulico &
Consuli gravissimo,

DN. HEINRICO Bartsch / Pro-Consuli.

DN. GEORGIO Dietmer.

DN. GEORGIO WILHELMO Mühl-
finkel Judici.

DN. PETRO Schwennner.

DN. CHRISTOPHORO à Kohlen/

DN. JOHANNI Mantell/

DN. GEORGIO Werner / Camerario.

U. &
DN. HEINRICO Bartsch, Secretario.
Dominis, Patronis ac Promotoribus suis
benignissimis

Disputationem hanc solennem
in devoti obsequii & gratiae mentis tesseram

cum voto perennatur & prosperitatis.

consecrat

JACOBUS Höpner Reg. Pr.



PRÆFAMEN,



Aximam Cambiorum utilitatem atque necessitatem prodigitate multis evehere encomiis, si yellemus, hæ paginæ haud sufficerent. Proinde quanta utilitas atq; necessitas est pyxidis nauticæ in navigationibus: tanta etiam est cam-
pii in negotiationibus; quin neutquam aberrare videbi-
mur, si dicamus, Cambium esse quasi quintum elemen-
tum, sine quo mundus vix ac ne vix subsistere queat. Ut
jam silentii peplo involvamus, qua ratione cambia vari-
as peregrinantium in itinere molestias, captivorum quo-
que redemptions mirum in modum sublevent; Regi-
bus aliisve Potentatibus ad bella & quævis alia ardua ge-
renda negotia non minimo successu inserviant. Imo si-
ne compendiosissima hac via, beneficio nimirum sche-
dularum cambialium pecunias tuto absque ullo' discri-
mine transscribi, ac ob varia belli & maris pericula, ut &
latronum piratarumque deprædationes, commercia vix
ac ne vix exerceri posse, in propositulo est. His itaque
penitatis, postquam à Magnifico JCtorum Ordine in ce-
leberrima hac Fridericana facultas mihi concessa, pu-
blico quodam eruditionis specimine studiorum & profe-
ctuum meorum testimonium promerendi, non diu dubi-
tandum fuit, quodnam in uberrima illa materiarum se-
gete feligerem thema, in quo ingenii vires periclitarer.
Cum enim ad monitum Imp. Leonis Nov. 46. ea præ-
cateris in studio legali sint pertractanda quorum
aliquis sit usus, qui bono quopiam Remp. beet; arrisit

A

præ-

præsens th̄ma de cambialium literarum acceptatione,
occasione mihi nata ex solenni Cambiali constitutione à
Serenissimo Electore Brandenb. in Prussia Anno 1684.
publicata, præcipue cum nemo huc usque, quantum
nobis constat, ad hanc cambialem Ordinationem quic-
quam publicæ luci exposuerit, Quapropter non ingra-
tam hanc qualēm qualēm opellam dulcissimæ Patriæ fo-
re confido, si ductu hujus Juris Cambialis summe pra-
eticam hanc materiam aggressus fuero. Methodus au-
tem imprimætiorum hæc erit, ut 1. fstantur generalia
Lit. Camb. acceptationis. 2. Subjectum seu personæ. 3. For-
ma, ubi simul de palmarii Literarum Camb. requisitis
sumus acturi. 4. Effectus. Denique 5. modus procedendi
ratione acceptarum Lit. Camb. Tu itaque Alme Deus,
annue clementer hisce cœptis; à Te vero B. L. æquum
mihi polliceor judicium, si non omnia pro amplitudine
argumenti accurate, quæ comptius ac copiosius afferri
potuissent, exhibuero adornata.

C A P. I.

Generalia exhibens.

CONSPECTUS.

- | | |
|---|------------------------------------|
| I ngressus disputationis. n. 1. 2. | jusque varie in jure usurpatio- |
| Vocabulum Cambii unde ori- | nis. 10. 11. seq. |
| ginem trahat; 3. 4. | Exhibetur Synonymia Cambii. 14. |
| De Cambio & Campfore remissive | Ab hoc differt collybus & symbola |
| agitur 5. | collybisticæ. 15. 16. |
| Tò Cambiale in jure haud reperi- | Traditur Synonymia liter. camb. |
| tur, bene tamen tò cambium | 17. 18. |
| quod deducitur. 6. | Spachia quomodo convenienter cum |
| Cambium antiquitus multipliciter | literis Avisoris. 19. |
| usurpatum. 7. | Synonyma Acceptationis. 20. |
| Vox literarum unde descendat & | Subsequitur descriptio acceptatio- |
| quotupliciter accipiatur. 8. 9. | nis liter. Camb. n. 21. |
| Sistitur etymon acceptationis e- | Cum |

CAP. I. GENERALIA EXHIBENS.

3

§. I.

Cum Disputaturis commune esse soleat, statim in ipso frontispicio tractationis, antequam ad ulteriore exegesis progrediantur, pauca quædam de vocalis præmittere, ne illotis, ut Gajus inquit in *L. Fæturus 1. ff. de O. f. manibus rem egisse videantur, hujus asserti nec nec nos impræfentiarum immemores, nonnulla, sed tamen concisis verbis, cum diu iis immorari, sit litus arare & extra oleas vagari, circa rubricam Dissertationis nostræ annotanda esse existimatius,*

§. II. Vocem itaque Cambialium, quod attinet, scilicet illam à verbo *cambiare*, aut *cambiare* h. e. permutare, descendere, & politioris literaturæ Scriptoribus non incognitam, vid. Didacus Covarruv. *in collatione veteri numismat. cap. 7. n. 4.* Nicol. de Passerib. *de privat scriptur. L. 3. qu. 42. n. 4. 5.* hocq; 4 vocabulum rursus à Græco ἀπὸ τῆς ναρπτειν, ἔκαμψα, quod idem est, quod flecto, permuto. Germ. vermechsein, versetzen originem trahere attestatur Marquard. *Traçt. de Jure Mercator. Commerc. L. 2. cap. 12. n. 10.* An autem substantiva exinde 5 *cambium* scil. & Campsor ita usu venerint, nonnulli adhuc fluctuant. Interim τὸ *cambiale* in jure nostro haud occurrit, bene tamen τὸ *Cambium* legitur 1. F. 4. §. cum autem 2. & 1. P. 22. *in verb.* si quis fecerit. 2. F. 25. ubi idem denotat, quod aliud feudum ejusdem pretii notante Gothofr. *all. loc. lit. b. vid. cap. un. l. 7. Decretal. de Cambio. c. 6. impr. X. de Except. & cap. un. vers. pro decima, de decimis in Xtraug.* Quapropter inferimus, Cambii vebum veteribus triplici significatione scil. generali, speciali & specialissima venisse, ac equidem (1) pro permutatione *rerum pro rebus*, sed in valore & quali v. c. domus pro frumento. (2) pro permutatione *rerum pro pecunia*, quæ emptionis & venditionis naturam induit. (3) pro permutatione *speciei ad speciem*, seu pecunie cum pecunia, cui soli cambii nomen remansit, indicante fusius Gaito de Credit. *cap. 2. p. 72. n. 1211. seqq.*

§. III. Ulterius occurrit vox Literarum, quarum origi-

A 2

nem



nem videtus apud Beccmannum de Origin. L. 1. Lingv. p. 626. Martin. in Lexic. Philolog. Existunt autem Literæ in jure multiplicis significacionis, accipiunturq; modo (1) pro Chirographo t. t. Inst. de Liter. Oblig. (2) pro documentis & instrumentis seu testimoiiis L. 14. ff. de Offic. Presid. L. 65. ff. de Procurator. (3) pro disciplinis, seu primis elementis adiunctis §. 8. Inst. de Excusat. Tutor. Denique pro epistola absenti transmissa, quod hujus loci est Germ. ein Briff L. 2. §. 2 ff. de O. & A. L. 5. Cod. de Donat. L. 6. ff. de custod. & exhib. reor.

10. §. IV. Acceptationis vocabulum quod concernit, recentet illud natales suos à supino *Acceptatum* verbum frequentati vi *acceptare*, quod rursus descendit à verbo *accipere*, & eadem significazione gaudet. In jure hoc nomen varie usurpatur, ita ut aliquando pro frequenter accipere L. Alio Herede. 9. §. 1. ff. de Aliment. vel. Cibar. legat. L. Sejo amico. 10. §. 3 ff. de Annuis Legat. interdum pro solvere ac liberare per Acceptationem L. Quin etiam. 2. ff. de Calumniis. L. si quis obligatione. 115. ff. de R. 12. f. sumatur. Haud raro etiam idem denotat quod approbare, consentire, & sic actum acceptationis, simul cum voluntate accipiendo involvit, uti in donationibus, pactis &c. L. Tale pa- 13. tum. 40. §. 2. ff. de Pat. Sæpissime quoque solum acceptantis consensum designat, fine reali apprehensione v. gr. in promissis. Denique usurpatur vocabulum *acceptare* pro apprehendere, & sic convenit cum capere: unde accepta & data. Einnehme und Ausgabe L. quaquisque i. §. 2. ff. de Edendo, non obstante quod illud latius ac generalius hoc in jure accipiat, juxta L. 17. Aliud est capere. ff. de V. S. L. Non videtur si. ff. de R. f. & hic significatus imprætentiarum est nostri instituti.

14. §. V. Inter Synonyma Cambii in se considerati à Dd. re- censetur Commutatio seu permutatio pecuniae, Cardin. Man- tica Decis. 77. n. 2. Molina Tr. 2. de Inst. & Jur. Disp. 396. n. 1. seqq. Andr. à Matre Dei in Theolog. Moral. Tract. 14. de Contract. cap. 4 punt. 1. Bonacina de Contrâlib. Disp. 3. quest. 5. punt. unic. n. 1. Mantica de Tacit. & ambig. comment. tom. 2. Libr. 25. Tit. 1. n. 10. n. item *Lagium* improprie tamen, vulgo *Lage*, pecunia scil. ista deducta, quam sibi *Camplores*, vel ob varietatem mone- ta-

GENERALIA EXHIBENS. 5

tarum, interesse, vel ob mercedem, quæ ipso propter permutationem vor das Geld umsetzen / & transmissionem, exsolviatur, reservant. Sub hac tamen notatione non venit *Collybus* & symbola collybistica, utpote quæ est pecunia datoribus literarum Camb, pro prestita opera Germ. das Wechsel-Geld courage numeranda Dn. Struv. S. f. C. exerc. 25. § 43. ac etenim ¹⁵ differt ab ipso Cambio, quatenus hoc est pecunia præsentis ¹⁶ cum absente certo loco solvenda permutatio. Dn. Schwendend. ad t. ff. Edend. §. 17. ibique innotis.

§. VI. Literarum Synonyma hic sunt schedæ, schedæ-¹⁷ lœ scil. Cambiariorum vel Cambiales, Literæ transcriptionis, à transscribenda nimirum pecunia: Literæ missivæ, epistolæ: symbola collybistica, item tesserae collybisticæ. De quibus conf. Zipf. Gyalther de Camb. th. 6. Lit. b. Huc spectant quoque quæ-¹⁸ dantenus literæ Spachium dictæ, omnes & singulas tractas & remissas, quæ tam ad Ferias i.e. ad Nundinas majores privilegiatas, alias messen / quam ad Plateas i.e. extra tempus nundinarum fiunt, speciatim comprehendentes, subscriptis singulorum nominibus, cum quibus Cambia fuerunt celebrata, & summarum quantitatibus: una cum mandato de exigendis dictis remissis & solvendis Trattis: & alio Mandato de supplendo eo, in quo excedunt trattæ, vel disponendo eo, quo Tractæ à Remissis exsuperantur. Haec Spachia ferme convenient cum ¹⁹ literis Avisoriorum seu Præmonitionis Germ. Advies-Brieffs/ præterquam quod illa in regularibus, hæc in irregularibus Cambiis usurpentur, Turri Tr. de Cambiis Disp. 2. quest. 1. n. 11. 12. Sprenger in der kurzen Wechsel-Practic. §. 3. n. 4 pag. 47.

§. VII. Ad Acceptationes Synonyma referri potest Acceptio, item Receptio, apprehensio, retentio arg. L. si filius familiæ ²⁰ 16. ff. De SCto Maced. approbatio, ratificatio, quin & honorare, honorire, oder respectivem den Wechsel-Brief.

§. VIII. His itaq; præmissis proprius negotio nostro nos accingimus, literarum Cambii acceptationem sequentem in modum delineantes, quod sit actus, mediante quo literas Cambiales ab alio nobis exhibitas vel simpliciter absque ulla solennitate

A 3

aut

6. CAP. II. PERSONIS ACCEPTATIONIS LITERARUM

aut dilatione, contrarieque voluntatis testificatione, vel cum interposita protestatione recipimus, promittentes pecuniae summam in ipsis contentam, vice alterius, brevi tempore temporis spatio elapo, illico exsolvendam. Vel si breviorem desideres descriptionem, haec erit: Acceptatio est qua contrahentium alterutro negotiorum ratum & gratum habetur vid. Althus. Dicæolog. L. 1. cap. 64. n. 26.

CAP. II.

Personas Acceptationis Literarum

Camb. fistens.

CONSPPECTUS.

Transitus instituitur ad personas Lit. Camb. tum dannates tum acceptantes n. 1. Quae persone contrahere, ille & acceptare liter. collybist. possunt quod per regulam deducitur. 2.

Quid in quavis obligacione observandum. 3.

Hoc demonstratur per regulam. 4.

Quo persone ad cambiale negotium desiderentur, traditur. 5.

In eorum determinando certo numero Dd. discrepant. 6 seq.

Quenam bac in re nostra opinio. 8.

Quid in dossier en giriven denotent remissive. 10 II.

Campsoris varia appellationes. 12.

Trabere in Cambiis quid sit. 13.

Similiter tratta. 14.

Remittens quomodo alias nuncupetur. 15

Remittere & Remissa quid sin 16. 17.

Præsentans ut & Acceptans quomodo alias in foro mercat. de- nominantur. 18. 19.

Nobilis citra preiudicium Nobilitatis cambium exercere potest. n. 20. secus in Clericis. n. 21. de Ministris Principum, Doctoribus remissive 22. Fæmina an cambia acceptare possint. 23.

Removetur obiectio. 24.

Ampliatio. n. 25.

Fæmina non patrocinatur in Cambiis exceptio SCri Vellejani. n. 25.

Huius rei reiratio in quoniam con- ficitur n. 27.

Filiifam. an camb. Lit. valide ac- ceptare queant, dubitatur. 28.

An idem quoque de Minoribus af- ferendum agitur. n. 29.

Traditur de his limitatio. n. 30. 31.

Et

Et plena deciso ex Jure Camb.

Prut. 32.

An Institores seu factores nomine
principalis oblatas literas Col-
lybisticas cum effectu acceptare
valeant. n. 33.

Sifitur limitatio. n. 34.

Quid præterea institutor in accept.
tesserarum camb. observare

teneatur, enarratur. 35.

An frater pro fratre in cambiis, si
fore negotia fratris fallitii
gescrit, obligetur, queritur
n. 36.

Socius administrator an nomine
socii lit. camb. acceptare queat,
si ejus rei nullo sit instractus
mandato? Affirm. n. fin.

§. I.

Missis generalioribus deservimur nunc ad subjectum, sive 1
personas schedulas Cambii tum dantes, tum accipientes.

Verum cum parum sit jus nosse, si personæ, quarum
causa jus est constitutum, ignorentur, operæ pretium erit,
personas ad acceptandum idoneas, contemplari. Litabimus
autem hic brevitatibus, includendo saltem istas personas subse-
quenti regule: Quæcunque personæ facultate contractum ce-,, 2
lebrandi non destituuntur, illæ sive sint masculi vel foeminae,
egregie aut minoris dignitatis, item Judæi, ad contrahendum
& acceptandum Cambium idoneæ ac capaces reputantur. Id-,, 3
circo vi præmissæ regulæ spectanda in omni ineunda obligatio-
ne personarum habilitas, quæ ut in omni negotio, ita & hic
primario ex rationis usu decernitur, ut scil. illud ipsum negoti-
um intelligent, an ipsis corveniat, & ut hoc perpenso, con-
sensum suum sufficientibus signis, urputa voce, literis, nutu,
aliisque exprimere possint, unde earum voluntas eliciatur.
Quapropter inferimus, illos, qui natura se obligare impedi-,, 4
untur, aut Lege, prohibentur, per consequens quoque re-,,
moveri quo minus cum effectu hanc acceptationem schedu-
larum Cambii perficere valeant.

§. II. Antequam autem pedem promoveamus, con-
templatur personas principales tesseras collybisticas dare at-
que acceptare valentes, præmittendum prius duximus, bre-
vibus demonstrare numerum personarum, cambiale nego-
tiū perficientium. Verum cum in determinando hoc nu-
me-

8 CAP. II. PERSONAS ACCEPTATIONIS LITERARUM

mero Dd. inter se non convenient, alii duas solum, Remitten-
6 tem videlicet atque Trahentem: alii tres, nimirum Remit-
7 tentem, Tractantem & Acceptantem ex hoc fundamento,
quod Acceptans reputetur idem esse cum eo, qui exsolvit pec-
cuniam quippe qui vel ipse, vel per Mandatarium aut Cessio-
narium eam rursus exigit; exigendo vero nullus celebretur
3 contractus. Stypmann. de Jure Maritimo Part. 4. c. 8. n. 21. seqq.
Verum enim vero a receptissima plurimorum Dd. opinione
4 personas hic concurrentes statuentium, non recedimus: ac
equidem duas scil. Remittentem & Tractantem, in loco a quo
ad perfectionem, in loco autem ad quem, seu ad consumma-
tionem cambii pariter duas Praesentantem & Acceptantem de-
siderari existimant Joh. Jac. Heydiger in Anleitung zum gründl.
V rstand des Wechsel-Recht cap. 5. p. 32. 33. Dn. Praes Tr. de
Cauel. sed. 3. cap. 5. §. 8. & de Actionib. forensib. investig. sed. 1. membr.
9 7. S. 17. Addunt allii quintam, si scil. praesentans suo nomine
alium Adjectum, vocula usitata Commiss substitut vid. Spreu-
10 ger. all. loc. pag. 38. pr. & hoc dicitur indossire, quasi in dorsa
11 Cambii scribere. Sin vero haec inscriptio sapient multiplice-
tur, tum vocatur girren, de quo infra pluribus.
12 §. III. Prima ergo persona, que pecuniam per literas
transferendam seu transcribendam in se recipit, vocatur
Campsor, item Collybista, Transportans, Dator Literarum
Camb. Trassans, Tractans, vel Trahens, Scribens, Trans-
scribens, Receptor, Germanice Trassirer, Wechsel nehmer /
Wechseler / vel der Geber/ Ausgeber des Wechsel-Briefs/ item
der Geld auffoder zu Wechsel nimmt/ seu der den Wechsel-Brief
13 aussellet/ item Ordre Geber/ Cambist. Trahere hic nihil aliud
denotat quam ex suscepta obligatione alio in loco solvere;
Wann an einem Ort Geld auffgenommen wird / solches anders
14 wo wieder lieffern zu lassen. Tracta vero seu Tracta est ista
pecuniae quantitas, que literas offerenti, debet ab eo exsolvi,
cui illae sunt insinuatae. D. Gvalther de Camb. tb. 4. Lit. E. Hoc
addimus: Campsor ille dicitur qui requiritur ad Cambium & ille
qui requirit egens pecunia, seu ut sibi pecunia cambio detur, dici-

dicitur campsari⁹, Gait, *Tr. de Credito Cap. 2. tit. 7. n. 25*; & n. 1206. Secunda persona nominatur Remittens seu Numerans der Wechsel. Geber der Herr des Wechsels: hic pecuniam certo in loco alicui exsolvit, ut alibi ab alio eadem vicissim exsolvatur; & talis respectu Trassantis est creditor, si Valuta numerata, fecus ea non soluta, tum vices debitoris sustinet. Est ergo remittere, seu remissam facere hic idem quod mandare. Qui namque remittit, ille mandat: & Remissa significat illam pecunia^z quantitate, item cuius exactio alicui demandatur, Raphael de Turri *Tr. de Camb. Disp. 1. quæst. 1. n. 35. 36.* Tertia persona cui fit Remissa appellatur Præsentans seu Exactor, item teste Ansaldo de Ansaldi *Tract. de Commerc. & Mercatur. Discurs. 1. n. 12. & passim.*, Adjectus, item Campsarius, qui pecunia alio in loco indiget Hahn ad Wesenb. *tit. ff. de Prescript. Verb. n. 2.* Germ. Procurant, Briefs, Überbringer, Inhaber / Ordrehaber / auff den der Wechsel. Brief gericht und solchen dem Acceptanten vorzeigen muß. Jacob Savary im vollkommenen Kauffmann *cap. 20.* Ultima persona, cui dirigitur Trassa vel Tracta, seu cui schendula Cambiales præsentantur auff den der Wechsel bezogen wird / vel simpliciter der bezogene vid. Preusch. Wechsel. Ordnung *Art. 5.* Dicitur alias Acceptans, Acceptor, Mandatarius Trassantis, item negotiorum gestor, factor, Commissionarius, Correspondalis, Correspondent. Ansaldus de Ansaldi, *Discurs. 79. n. 4.* Turri all. *Tract. Disp. 1. quæst. 1. n. 35.* Illud adhuc adjicimus, quod si quis in se ipsum trahat cambium non opus sit nova præsentatione vel acceptatione, quia ille jam vi literarum propriam personam obligavit: vocantur alias eigen-Wechsel/propter-Wechsel.

S. IV. Consideratis personis principalibus in Literis Camb. occurrentibus, perlustrandæ erunt personæ minus principales, quas inter primo obtutu occurrit Nobilis: Ut autem ille facultate gaudet celebrandi quemlibet contractum liberumque negotiandi; ita ex eo ipsius honor ac Nobilitas per Cambii exercitium splendoris sui nequit quam patietur ecclipsis, modo tamen lucelli captandi gratia non negotietur.

10 CAP. II. PERSONIS ACCEPTATIONIS LITERARUM

- Marquard. de Jure Mercat. Lib. 1. cap. 10. n. 61. seqq. Wurms. exere.
Jur. publ. 4. quæst. 16. conf. L. 3. Cod. de Commerc. & Mercat. ibique
21 Dn. Brunnenm. (2) Clerici, quibus tamen in jure Canon, seve-
re interdicta est mercatura & huic annexum cambiale negoti-
um, ne scil. temporalibus inhient lucris, cambia vero maxi-
me spelucri exercantur, conf. cap. 15. 16. X. de Vit. & Honest. Cle-
ricor. c. 9. 10. Diff. 88. c. 6. X. Ne Cleric. vel Monach. Hieronym. de
Luca de Cambiis § sequitur. à n. 28. usque ad 36. Joh. Baptif. de
Luca Theatr. Veritatis & Justitiae Tom. 3. Tit. de Cambiis Discurs. 18.
B. Brunnenm. de Jure Eccles. Lib. 1. c. 6. membr. 10. §. 7. ibique
Dn. Præses. An vero idem judicium ferendum sit de Ministris
22 PP. Doctoribus cambia tractare volentibus, haud immerito
dubitamus, cum nullibi reperiantur prohibiti.

S. V. Hos (3) excipiunt Famine, quæ cum ob generas
lem Ordinationis Cambialis Electoralis Prutenicae & Lipsiensis
23 Art. 2. dispositionem non deprehendantur speciatim exemplar
24 merito ad acceptandas Literas Camb. eas admittimus. Nec
refragatur, quod negotiatio cambialis sit opera virilis, a qua
fœminæ censentur esse remotæ. L. Femine 12 ff. de Edendo, conf.
Hieronym. de Luca de Camb. cap. fin. n. 30. Resp. has eo ipso vi-
ro æquiparari, quando proprio jure contrahere, emere atque
vendere possunt vid. L. 7. Sed & quis meam §. 1 ff. de Institutor. act.
L. 1. §. 16. ff. de Exercit. aff. nullo plane, excepta fidejussione in-
terveniente curatore t. 1. ff. & Cod. de Scto Vellej. Carpz. Lib.
6. Resp. 20. n. 16. Preusch. Recht Lib. 1. T. 25. Art. 13. §. fin. ibi: Da
auch eine Weibs-Person so zu handthiren pfleget / mit kauf-
fen und verkaussen in den Kramen und andern dergleichen Waas-
ren contrahirte, soll solches auch ohne Vermünder bestän-
dig und verbündlich seyn. add. Lib. 1. Tit. 8. §. 2. & omnino
Churf. Brand. Preusch Wechsel-Recht Art. 35. ibi: Gleicher
Gestalt müssen sie sich auch diesem Wechsel-Rechte sowol ledig
als verehlichte Weibes-Personen unterwerffen/ wann die-
selbe entweder vor sich/ in eigener Handlung begriffen/ oder des-
sen Geschäftten ihres Ehemannes fürstehen/ ob es gleich oh-
ne Vollwort ihres ehelichen Consorten, oder ohne Einwilli-
gung

nung eines andern Curatoris , und sonder Erinnerung ihrer
Weltlichen Privilegien und andern Rechts Weitthaten geschie-
het ic. Unde amplius sive foemina sola suo tantum lucro & 25
commodo negotietur, vel in Societate , Moscopey und Com-
pagnie-Haudlung vivat: sicque socia sit vel mariti, vel extra-
nei. Elucet ergo ex antea dictis, ejusmodi foeminam negotia- 26
tricem ratione acceptationis Literarum Cambii exceptione
SCti Vellej. non gaudere , utut per istam acceptationem fiat
constitutum, & acceptando literas oblatas censeatur ratifica-
se, ac se debitricem ejus, ad cuius favorem literæ conscriptæ e-
rant, constituisse. Ratio hujus asserti consistit in paratissima 27
executione, quam Literæ Camb. præferunt vid. R. J. de Ao.
1645. §. 107. Preusch. L. & T. 18. art. 2. §. 4. junct. Churf. P. Wechsel-Recht §. 35 & Leipz. Wechsel-Ordnung Art. 2. Mar-
quard. Tr. de Jure Mercat. Libr. 1. cap. 12. n. 22, 27. Dn. Rivinus in
specim. Except. For. cap. 8 n. 4.

S. VI. Progredimur ad Filiosam, in sacris Parentum ad 28
huc constitutos, yisuri an illi gaudeant circa datas vel accepta-
tas Literas Camb. exceptione SCti Macedon? Resp. Affirm ex
hac ratione quia tale Cambium reputatur esse mutuum pallia-
tum, præsertim, si hoc forte à studiosis vel aliis filiisam. sit ele-
bratum. Huc spectat elegans Responsum à Dn. Scabinis Lips.
datum ao. 1677. Ob nun wöl die Universitäts- Verwandten
vermöge Churf. Sächsischen Rescripts dem Wechsel-Recht
unterworffen/ die Contractus Cambii pro Permutatione, oder
Emptione Venditione zuhalten und dem Filiosam, das SCtum
Macedon, außerer Gestalt nicht/ als in Mutuo justitatem kommt
übrigens aber dessen Obligation in Rechten vor kräftig ge-
achtet wird. Dieweil aber dennoch Titius den Werth in Leip-
zig baar / item vergnüget zu seyn / Inhalt des Wechsel-Brief-
fes bekennet / und daselbst wieder zuzahlen versprochen / auch
nicht zuvermuten / daß eine Person von dergleichen Condi-
tion, und welche annoch an des Vaters Eisch / Wechsel trete-
ben und handeln wolle/ hierüber zum Nachtheil des gemeinen
Wesens ein Anlehn durch einen Wechsel-Brief nicht beimen-

12 CAP. II. PERSONAS ACCEPTATIONIS LITERARUM

telt / noch ein jus speciale, als wenn es alle casus privilegiatos ausschiebe/ erklärt werden kan / M. M. I. E. Fr. So hat sich auch Titius wider die im Wechsel-Briefe enthaltene Schuld/ als ein Mutuum palliatum mit dem Senatus Consulco Macedoniano allerdings zu behelfen vid. Dn. Zipfel de Tesser, Collyb. seit.

291. §. 18. Idem videtur afferendum de Minoribus, hi utut alias sint Domini rerum suarum, propter interdictam tamen à Lege administrationem & alienationem absque Curatoris autoritate mutuo dare prohibentur, adeo ut si vel maxime dederrint, non tamen fiat accipientis, nec mutuum habeatur contractum Struv. Ex. 10. 1h. 16. conf. L 3. C. de in integr. restitut. Fallit ta-

30 men hoc in ejusmodi minoribus, ut & filiis fam. qui forte tanquam idonei Mercatores approbati, & ex plerarumque praesertim maritimarum Civitatum consuetudine, in album Mercatorum sunt recepti, hoc namque juxta Mascard. de Probat. conclus. 1037. n. 1. seqq. collegam seu Mercatorem probat & qua-

31 si possessionem officii confert. Nec insuper quicquam hic operatur beneficium restitutionis in integrum. Etenim hujusmodi Minores aduersus contractus, quos celebrarunt ut Mercatores seu Campiores, non eapropter restituuntur in integrum, quippe impediret id, falleretque commercia, nec quicquam commodi publicæ afferret utilitati, L. quod si minor. 24. §. 1. ff. de Minori. Mev. ad ius Lubeck. Lib. 1. Tit. 2. Art. 7. n. 30. in addit. p. 151. An-

faldus de Ansaldis Tr. de Commerce. Et Mercatur. Discurs. general. 32 n. 89. 90. p. 427. quo collimare quoque videtur Churf. Preusch Wechsel-Recht §. fin. in verbis: So findet auch die Exceptio Minorennitatis keinen Platz / daferne dergleichen sc. Rauff und Handels Leute bereits in Handelunge begriffen / und their eigenen Geschäften fürstehen.

33 §. VII. Quid vero dicendum erit de Institutore, vulgo Factor, Buchhalter, Handlung-Verwalter, negotiis Domini gerendis proposito, an talis literas Camb. præsentatas nomine Præponentis valide acceptare poterit? Quanquam hic plenam habeat potestatem literas aperiendi, & ad eas respondendi; attamen inscio domino nulli Instituto adeo de rebus domini disponendi

fa-

facultas data intelligitur, ut Cambia pro lubitu absque speciali mandato acceptare possit, quia ad negotiandum quidem, sed non ad cambia solvenda est praepositus. Andr. Scheffer. *Part. 3. quest. Praet. 38. n. 30.* Reinerus Budelius *Tr. de Monetis & re Monetar. Libr. 1. c. 25.* Paschalis de Virib. *Patrie potestat. P. 1. cap. 8. n. 65.* Rota Genuens. *Decis. 14.* Vogt de Camb. *p. m. n. 8.* Struv. *Decis. Sabbath. cap. 21.* *Decis. 4.* & *cap. 15.* *Decis. 22.* Nisi antea absque speciali concessione eas non contradicente principali acceptare solitus fuerit, & Præsentans hujus fidem eo in casu magis respexerit. Sprenger *all. loc. §. 17. p. 90.* Dn. Præfes *Tr. de Caut. sed. cap. 5. §. 19.* ubi Responsum, Unde eleganter in constitutione nostra cambiali dispositum est, ut Præpositi negotiationi in acceptandis literis cambii, suis nominibus cognominibusque nomina suorum principalium simul subjiciant, quo non facto, præsentanti, quasi acceptatio penitus denegata, conceditur Protestatio Churf. Pr. Wechsel Ordin. *Art. 8.* & Pr. L. *N. L. 4. t. 18. art. 2. §. 4.* jung. Leipzig. Wechs. Ordin. *Art. 8.* Ob quæstionis superioris affinitatem haud inconvenienter hic quærimus, ap. frater pro fratre in Cambialibus, si negotia fratri falliti fore 36 gesserit, teneatur? Resp. Neg. ob elegans Responsum Scab. Lips. de 20. 1670. quod legere est apud Dn. Zipfel *scil. 7. §. 21.* verba ejus ita sonant, ob nun wol N. H. in seines Bruders H. H. R. Verrichtungen sich allhier befindet / auch andere Schulden seinent wegen gezahlet. Dieweil er aber dennoch weder des selben Institor ist / noch institorio nomine den Wechsel-Brief unterschrieben ic / auch ferner nicht bezubringen / das er der 100. Thal. halben einige Commission oder Vollmacht von den andern auf sich gehabt / vielweniger den Wechsel / weiln er in Person allhier nicht ist / recognosciren kan / in welchen Fall aber kein Arrest versetzt / noch dem gegenwärtigen Bruder caution zu gemutet werden mag ic. So ist gedachter H. B. S. des H. H. R. Bruder allhier in Anspruch zu nehmen vielweniger zur Caution anzuholzen nicht berechtigt. Tandem disquirimus, an socius administrator data facultate accipendi pecunias ad cambium pro negotio sociali explendo, hoc facere possit abique ini-

matione conficit Resp. Affirm. de socio cambii, quia quoties so-
cius vel mandatarius gerit rem utilem & quam verisimiliter
ipse Principalis ficeret, si per se ipsum administraret, tunc non
dicitur mandati fines excedere Joh. Baptist. de Luca in Thea-
tro Veritatis & justitiae Tom. 3. disc. 4. n. 3. de cambi.

CAP. III.

Requisita Literarum Camb. earum-
que modum in acceptando demonstrans.

CONSPECTUS.

- | | |
|---|--|
| C onnexio n. 1. | tur litera avisorie. n. 34 35. |
| R equisita & descriptio L. C. | Quid importet vocabulum |
| n. 2. seqq. | Wechsel-Brief. n. 37 sp. |
| C ambia sine literis fieri nequeunt
n. 5. 6. & n. 7. 8. | Varie valute denominations &
an ad substantiam cambii illa
pertineat. n. 42. & sq. |
| D e distantia locali in Cambiis n. 9. | Quid operetur clausula vor mich
bezahlt soll wol bezahlt seyn.
n. 51. |
| D e clausula cambiali in mutuo
n. 10. | De pecunia cambiali. n. 53. & sq. |
| L ocus in Cambiis. n. 11. seq. | An pretium cambii juste augeri
vel minui possit. n. 57. |
| D issentiens Freyer refellitur. n. 15.
n. 16. | De pretio currente quid observan-
dum n. 58. & seq. |
| D ec tempore in cambiis. n. 17. 18.
20. seq. | Valuta cypbris neutriquam scri-
benda. n. 62. 63. |
| C ambium plateale quid. n. 19. | De errore ratione summa in ru-
brica & nigro commissio n. 64. |
| O missio diei in cambio an noceat.
n. 23. seq. | Vocabula commiss. indecisen in
bianco & griseo quid deno-
tent. n. 65. & sq. |
| D e diebus discretionis. n. 26. | Vox prima, secunda, sola in cam-
biis. n. 70. & seq. |
| D e Mandato in Cambiis & literis
de adviso. n. 28. & seq. | Subscriptio cambii. n. 73. |
| H arum formula German. & diffe-
rentia à schedis camb. n. 30. 32. | Quid |
| Q uomodo à Spachis different.
n. 33. | |
| A n ad acceptiōem requiran- | |

- Quid de acceptatione & presenta-
tione obseruandum. n. 74. &
seqq.
- Quid operetur: Ich acceptire umb
in der Zeit zu antworten. n.
81. 82.
- Quando literæ dicantur honoraret
oder respectaret. n. 85.
- Traditur cautela. n. 87.
- De suspensione acceptationis n. 89.
seq.
- De acceptatione inferius & pla-
teis. n. 91. 93.
- Quid hac de re in Ducatu Prus-
sæ n. 92.

§. I.

Cum totus actus dicatur vitiosus, si forma etiam in mini-
ma parte ad amissum usque non sit obseruata: & tum de-
mum res ponatur, quando posita est forma: Hinc è re es-
seduximus, antequam ad ipsum acceptationis Liter Camb. mo-
dum progrediamur, paucis saltem nonnulla de literis collybifli-
cis tum in se, tum de earundem Acceptationis forma in medi-
um proferre. Quod itaque literas has in se consideratas con-
cernit, præmittenda omnino in antecellum erit earum descri-
ptio. Describuntur vero illæ, quod sunt compendiosum & 3
breve quoddam instrumentum privatum, trium quatuor vel li-
nearum, à Tractante subscriptum, continens ejus mandatum,
factum illi ad quem dirigitur Tratta, de solvenda summa ei,
cui facta est remissa, cum expressione diei & loci celebrati
Cambii destinataeque solutionis. Raph. de Turri *Tract. de*
Camb. Disp. 2, quest. i. n. 1, 2 seq. Aliter & quidem pleniorem de-
scriptionem sicut Gaius in suo *Tr. de Credito* cap. 2. Tit. 7, quod
sunt compendiosum instrumentum, per debitorem Cambii
privatum subscriptum, & ad locum solutionis cum dupl. i sum-
mæ solvendæ expressione directum, die & loco, tam quo da-
tum, quam quo solvendum est, adjecto, mandatum consecu-
tivum Cambii continens, injunctum huic, qui solvere in loco
solutionis debet illi, cui solutio est facienda, addito utplurimum
alio mandato, pecuniarum earundem imputationem concer-
nente. Ex hisce evincitur, cambia sine Literarum interven-
tu commode expediti non posse vid. cap. unic. in Libr. 7. Decre-
tal. de Cambio, unde literæ ad perficienda Cambia ubivis ex
communi Mercatorum stylo requiruntur.

§. II.

CAP. III. DE REQUISITUS CAMBII.

7 §. II. Inter plurima autem earum requisita primum o-
 currit, ut istæ schedulæ quoad scripturam sint legibiles & intel-
 ligibiles, arg. L. ii. §. 3. ff. de Instit. Ad. L. 6. §. 2. ff. de Bon. Poss. Se-
 cundum consistit in diversitate pecunia & distantia locali, quæ
 salva cambii substantia separari nullatenus queunt. Proinde si
 numeraretur certa quantitas pro recipienda eadem vel simili
 pecunia in eodē loco, tunc quia nulla intercederet distantia lo-
 corum, talis defectus vitiarebat contractum Camb. resolveretq;
 illum in aliud negotium, forte in mutuum, & quocunque
 tandem nomine à Contrahentibus vocaretur, mutuum tam
 tum in substantia maneret, & Cambium judicaretur siccum,
 ut scite prolixius deduxit Turri cit. tr. Disp. I. quasi. 29. n. 13. 14 p. m.
 97. Mantica de Tacit. & ambig. Convent. tom. 2. Lib. 25. Tit. 3. n. 17. &
 1018. Illustr. Dn. de Rehtz de Versura Part. i. c. 5. ib. 15. Interim ta-
 men, quia hic de effectu obligationis cambialis potissimum sol-
 licitus sum, qui in paratissima executione consistit secundum
 usum in foro mercatorum receptum, nullus dubito, si calibus
 literis de accepto mutuo in specie insertum deprehendatur:
 Auf diesett meinen Wechsel. Wiss jahle ich xc. illas pro cambio
 reputandas esse, non tantum si de cætero hæ literæ in forma
 Cambiali conscriptæ, sed &, si ordinaria quædam obligatio su-
 per mutuo conscripta, & termino solutionis sequentia forte
 sunt addita: Und verspreche himet die mit vorgehoffene 1000.
 Reichs-Wehal auf bevorstehende Leipziger Oster-Messe nach
 Wechsel-Recht zu bezahlen. Vel: Ich gebe meinem Gläubiger
 freye Macht und Gewalt dieser Post halber nach Wechsel-Recht
 wider mich zu verfahren. Porro Locus hic in Cambiis est vel
 determinatus, vel indeterminatus, certus vel incertus: simi-
 liter alius locus est à quo, alius ad quem: ille ad Cambii perfe-
 ctionem, in quo pecunia data: hic ad ejus complementum
 seu consummationem spectat, quo literæ cambiales dirigun-
 tur, acceptantur & exolvuntur; denique alius intermedius
 v. gr. Regionontanus mercator quidam desiderat Halæ 100.
 Imp., hos solvit Sempronio, hic transribit Lipsiam ad Mevi-
 um, iste mandato illius literas scribit Halam ad Javolenum.

§. III.

§. III. Ulterius in Literis Camb. non attendendus venit¹⁴ principaliter Locus, ubi solutio facienda, sed, non obstante in contrarium L. Contraxisse 21. ff. de O. & A. ubi Cambium primum celebratum, cuius expressio vel ideo fideliter ibidem fieri debet, ut Präsentanti constare possit, in quem locum, literæ cambiales non acceptatae, cum protestatione deinceps sint remittendæ. Dominic. Gaitus Tr. de Credito Libr. 2. Tit. 7. n 2446 Heydiger all. tr. cap. 7. pag. 61. sub fin. Dissentit Freyer Tr. de So. 15 lutionibus cap. 6. n 13. statuens illum locum esse contractus, in quo destinata solutio Cambii, non autem illum, in quo Cambium celebratum mo der Wechsel geschlossen. Verum huic satis- facit Dn. D. Joh. Sam. Stryk. Disp. de Loco Solutionis cap. 13. §. 14. quo nos remittimus. Reliqua ratione Loci in Cambio refer-¹⁶ vamus cap. 4.

§. IV. Subsequitur jam tertium requisitum in Cambiali-¹⁷ bus, literis observandum, videlicet Tempus, quod communiter consideratur (1) intuitu dationis bey Ausstellung, cum nimis in facie interiore schedularum illud annotatur: (2) acceptationis conf omnino Pr. Wechs. Ord. art. 6. sub finem, quando nempe ab Acceptante tempus Präsentationis subscriptur, denique (3) exsolutionis Literarum, quando sc. ab eodem solutio facta, conf. Sprenger all. loc. § 14. p. m. 80. Adhæc tempus est vel¹⁸ feriarum vel Pläriarum: illud in feriis semper est certum, dici- turque hebdomas solutionis die Zahl-Woche / letztere Mess-Woche. In plateis autem zwischen denen Messen (Vox pla-¹⁹ ree hic non denotat aream; seu locum publicum, in quo po- pulus solet in unum convenire, sed denotat civitatem seu lo- cum, in quo contrahuntur vel in quero diriguntur Cambia & destituatur eorum numeratio) Hoc tempus secundum placi- tum contrahentium mutatur, & est definitum vel expressa, constitutione, vel longa consuetudine, confirmata statutis; dici- turque tum à uso vel adoppio usi i. e. altero tanto tempore. Consuetudinariū, vel prefinitum in ipso contractu; & tum²⁰ nuncupatur conventionale. Hujus terminus est vel brevis,²¹ nempe à Vista i. e. visis literis Camb., vel ad oblationem & visum

CAP. III. DE REQUISITIS CAMBII

- stracks / auffsicht / quæ verba ad momentum & in continentia exposcent solutionem : vel longus & dicitur Nachsicht / auff 10. 12. dies plurimumque hebdomadarum post literas exaratas & præsentatas conf. Preusch. Wechsel-Ordn. Art. 18. E contrario 22 si solummodo Literis annexum à uso, tum non est terminus juxta Ordinat. all. Camb. Art. 20. n. 5. sed secundum revisum Jus Prut. Lib. 4. Tit. 18. Art. 2. §. 5. XIV. dies inclusivæ.
- 23 §. V. Quid vero si dies in literis cambii, qui rāmen prima fronte bis solet adjici, sit forte omissus, an propriea futuro Cambio exsolvendo talis omissione erit damnoa? Neg. cum diei annotatio non sit de substantia actus, ut ut alias ante diem in literis præfixum vorm Verfall Tage solvere Cambium non liceat, nec ideo adjiciatur, ut rei gestæ eluceat veritas, sed ut probatio sit in aprico. Hinc neque acceptans propter omissionem diei, neq; dans, si literæ cum protestatione postmodum revertantur, res 25 cusare numerationem possunt. Sicut nec mandatarius ideo, quod scribens in assignatione diei vel termini errorem commiserit, solutionem declinare, sed tuto in loco transcripto solvere valet. Joh. Jac. Uffenbach de Protest. in Camb. cap. 6. n. 12. Stypmann de Jure Marii. P. 4. cap. 8. n. 48. 49. Nicol. de Passerib. de privat. script. p. m. 402. n. 45. Pluribus de tempore astuti sumus 26 infra cap. 4. Hoc saltem hic adhuc adjicientes, quod sic dicti dies discretionis Discretio - Re spit. Respect. oder Nachtag / non ubique locorum sint concessi : sicuti Lipsiæ propter multas debitorum tergivestrationes, aliaque Creditoribus exinde suborta incommoda plane hi dies sunt abrogati ; pariter & in Prussia Elector. per novissimam sanctionem reviso Juri Prut. insertam Libr. 4. T. 18. Art. 2 §. 4. ibi Gestalt dann alle so genandte discretion. Tage hemit auffgehoben seyn sollen. Sic & ibidem in mundinis debitores nullis diebus discretionis amplius fruuntur, per textum in Ord. Prut. art. 17.
- 27 §. VI. Quartum requisitum in literis camb. est mandatum seu procura, quod dirigi solet à Trassante ad correspondentem, exprimiturque his verbis : zahlet vor mich / vel geliebe der 28 Herr zu zahlen / stelle es à conto lqut adviso , quæ sunt literæ præmonitionis, vel intimationis seu Avisoria Advies-Briefe.

Hæ

Hæ præcedunt quandoque literas camb. vel concomitantur,²⁹
ac mandatarium Trassantis certiorum faciunt de transmitten-
do cambio, simulque de ejus provisione & reciproca solutio-
ne ipsi facienda auff was Aut er sich seiner Rembours oder Wiede-
rzahlung halber re- und prævalirem solle. Præterea hisce literis
de adviso significatur, ad fore aliquem, qui literas collibet obla-
turus, & juxta eas cambium sit exacturus, cum petitione, ut
illis satisfiat. Savary im vollkommenen Rauffignn Part. i. cap.
21. p. 166. & seq. Formula earum solet hæc esse. Adi Königsberg; o
d. 18. Aug. 1697. S. T. Per advis dienen hemit / das auf denselben heut 3 E
laro ein Wechsel überschreiben von Reichs-Dhaler 1000. sage tau-
send Tha'. an Herrn N. N. 14. Tage Nachsicht an Brandenb. zwey
drittel zu zahlen. Bitte meinen Brief mit prompter Zahlung zu
bonorice und es auff mein conto zu stellen / woran mit eine gross
se affection geschiehet. Honorire hinwiederumb des Herren Briefe
mit bereitester acceptation, und verharre meines Hrn. dienstwilliga-
ster. conf. Saccias de Camb. §. 1. q. 5. part. 3. Heydiger all. tr. cap.
7. pag. 68. Alias hæ literæ de adviso per se nihil concludunt,
nec aptæ sunt ad fundandum creditum, & sunt quasi tractatus,
ubi multa tractantur, quæ non perficiuntur. Præterea pro-
bant quidem mandatum, quia continent determinatam dis-
positionem, licet via executiva destituantur, Coelius Bichius
Decis. 481. n. 6. 7.

S. VII. Ex quo facile differentiam litterarum Aviso-³ riarum à Cambialibus eruere licet. Etenim (1) illæ immedia-
te ad correspondentem seu procurante mittuntur, hæ vero
præsentanti traduntur. (2) Harum recepcio tacitam operatur
acceptationem, quod secus in illis, utpote quæ citra ullum præ-
judicium retineri possunt. Adhæc annotamus, literas avisorias³ à Spachiis non moleum discrepare, præterquam quod hæc in re-
gularibus seu plateis usurpentur, von Platz zu Platz spedi-
werden Turri all. tr. Disp. 2. quest. 1. n. 11. 12. Gyalther de Camb.
ib. 6. lit. N. Sprenger p. 47.

S. VIII. Hic non inconvenienter quærimus, an ad validam³ 4

CAP. III. DE REQUISITIS CAMBII.

20

acceptationem & cambii exsolutionem præcisæ desiderentur literæ de
adviso, seu premonitionis? Resp. Hæc avisorias adeo necessariae
essæ, ut absque illis mercator mandatarius collybisticas
oblatas acceptare & solvere non teneatur, in primis in casu,
quo is cui tratta facta, traslanti ad dandum aliquid non existit
obligatus, nisi faciat pro bonore literarum, quod confuetudine
Mercatorum etiam elicit, ad quem Literæ Cambiæ non fue-
runt directæ. Unde dubitatione caret, vigore literarum de
adviso nullam pecuniam nec exigi, nec solvi, sed demum per
subsequentes literas cambii, Marta ff. noviss. tom. 3. cap. 18. pag.
120. Gamma Decis. 3; 6. n. 4. quippe quæ sunt instar referentis
& relati, ac fundamentum acceptationis; & hoc plerumq; frau-
dis, quæ à præsentantibus aliisque per falsificationem literarum
camb. committi potest, evitantæ gratia fieri solet. Si ergo
schedulæ cambiales defecerint, sola Literæ intimationis non
sufficiunt, conf. supra num. 31. Marquard. de Jure Mercat. Lib.
2. cap. 12. n. 47. Anton. de Amato Part. i. Resol. 47. n. 41. Vogt
de Camb. Thes. 7. pag. 107. Dn. Præses Tr. de Cauel. sed. 3. cap.

36 5. §. u. conf. omnino Leipz. Wechs. Ordin. Art. 27. quod si ve-
ro contingat, Acceptantem sine his literis cambium acceptas-
se, solvere tunc simpliciter tenebitur, cum sic juri suo renun-
ciasse, seque debitorem scriptæ pecuniae summæ constituisse
censeatur, vid. Coelius Bichius Decis. 48. n. 6. 7.

37 §. IX. Porro hac occasione disquirere licebit, an voca-
bulum Wechsel-Brief in scriptura cambiali ita necessarium, ut eo
omisso, alii licet requisitis omnibus, ex more Mercatorum solitis, exi-
stentibus, litera tales virtute ac operatione sua desituantur? Si dic-
endum quod res est, negamus, (2) quia nihil certius aut ex-
peditus, quam in Mercatorum causis & contractibus æquitas
et bonam fidem, cui non congruit de apicibus juris
disputare, maxime spectandam esse: quæ ista vero æquitas?
quæ bona fides? Ubi non sensus, sed vana ac inania vocabu-
la arripiuntur ac cavillantur (2) quia in omnibus civilibus nego-
tiis veritas rei potius, quam scriptura perspicere debet per L. 1.
Cod. plus valere quod agit, certe multo magis in mercatorum causis
illa

illa attendenda erit. Neque (3) probari poterit, appositionem 39
 hujus voculae esse de substantia & forma schedae cambialis, ut
 eanelecta interimat rei substantiam: præsertim quia nec li-
 teræ ipse & scriptura sunt de essentia hujus contractus, nec
 præcisè & simpliciter necessariæ, si forte Remittens contraxe-
 rit auff Kauffmanns Wort und Parole. Cœlius Bichius *Decis.* 74.
n. 44. sqq. sed requiruntur solum ad probationem extrinsecam,
 non intrinsecam arg. *arg. L. 4. si. de Fide Instrum.* Höppling in *Stella*
Notariorum part. 1. pag. m. 94. Unde si aliter constat, cambium 40
 vere & realiter factum, utpote per testes, superfluas esse li-
 teras dicit Scacc. *de Commerc.* §. 6. gl. 1. n. 76. p. 436. & §. 1. quest. 5.
n. 10. n. 13. Illustr. Dn. de Rhetz *de Versur.* cap. 5. tb 10. sub fin.
 Lauterb. *de Nuncio cap. 7.* Verum enim vero utut hæc ita se-
 se habeant, veritatique theoreticæ convenient , tamen ta-
 men & cautor erit in Praxi hujus vocabuli adj. cito, præpri-
 mis ad evitanda multa inconvenientia , & ad indicandum , 41
 quod istud debitum ex causa Cambii proficiscatur , quia scri-
 ptura est velut symbolum per quod solutio mandata, ne nu-
 merans vane pecuniam numerasse reputetur, Heydiger all.
Tr. cap. 7. p. 63. & omnino hic Dn. Zipfel Tesser. *Collybiß.* scđ. 7.
§. 28. ubi ratione omisæ hujus voculae Wechsel, Driess facti
 speciem proponit.

§. X. Considerandum ulterius occurrit quintum requi-
 situm, consistens in DENOMINATIONE AC SPECIFICATIONE PRE- 42
 TU, quod pro diversitate loci à quo & ad quem diversis ex sty-
 lo Camporum gaudet nominibus. Etenim intuitu loci à quo
 Valuta, was zu Wechsel gegeben oder gezahlet wird / nuncupa-
 tur: respectu autem loci ad quem & quidem quoad Trabentem,
Trattia, quoad dantem seu Remittentem Remissa appellatur. A-43
 lias secundum Jacob Savary im vollkommenen Kauffmann 44
Part. 1. cap. 20. p. m. 138. contingit 4. modis, (1) Quando expri-
 mitur, den Werth empfangen quod quælibet satisfactio deli- 45
 gnatur. (2) den Werth verstanden h.e. uti explicat all. Savary
cit. loc. pag. m. 152. sub fin. quando Campor alicui , cui parum 46
 fidei habet, hic tamen non ante exsoluturus illi est pecuniam.

47 nisi literis, ab isto transcriptis, vere exsolutis. Proinde si pretium nondum accepimus à remittente, uti non nunquam in plateis accidit, tum tempore scriptionis literarum Camb. omitti solet verbum accepisse & solummodo scribitur *Valuta & Titio* videlicet accepta vel vocabulum *Cambiasi* seu *Conticon* vid. Vogt p. m. 205. Sprenger p. 49. nisi confiteamur nos accepisse spe futuræ numerationis, quod tamen à sagacioribus Mercatoribus rarissime fieri consuevit. conf. Pr. W. Recht art. 1.2. § 34 in fine. Num autem realis numeratio ad substantiam Cambii pertinebit? R. eandem non esse necesse, sed sufficere, si Cambium in uno loco sit conclusum daß der Wechsel einmahl geschlossen wordē & literæ Camb. datae, fuerint transmissæ Klock. Tr. de. Ærario L. 2. c. 21. n. 18. 26. secus de Ord. Camb. Eleet. Prut. Art. 2. ibi vor alle geschlossene Wechsel-Briefe soll bey Überlieferung der Prima die Valuta so fort præcile bezahlet werden.

49 (3) Durch Waaren empfängen: quod contingit si pro accipienda pecunia non alia reddatur, sed aliquid aliud. Verum id non ex natura contractus camb. evenit, sed voluntate contrahentium, dum pro pecunia res alia vicissim, uti dictum, in sotum loco pecunie accipitur. arg. L. 21 Cod. Locat. (4) den Wehrt von mir/ oder in mir selbst h.e. cum negotiator ichedas collybisticas dirigit ad suum debitorem, quas postmodum transmittit suo correspondenti, quo hic ab illo acceptationem & destinato tempore promptam solutionem procuret, ac postmodum talcm exactam pecuniam trassanti, hujusve commissionario, remittat. conf. supranum. 10.

§ 1. § XI. Quid vero si literæ ita sonent: vor mich bezahlet den Inhalt dieses/ solle woll bezahlet seyn? Resp. nihil aliud operatur, quam mandatum dandi & accipiendo apochain, talisq; mandatarius, mandanti ad reddendas rationes semper manebit obligatus. conf. laudatus Savary in all. Tract. Part. I. cap. 20. ppg. m. 146. 147.

§ 2. § XII. Ex antea prolatis alia difficultis & intricata subo ritur disquisitio, an necessarium ut valuta, sive quomodo, wie der Wehrt oder Empfang sey, in literis Camp. exprimatur? Resp. Causam debendi in hujusmodi schedis, wodurch Valuta erfolget/ cla-

clarus exprimi valde conducere unde facillimo negotio inferi
sane potest unica ista vocula bahr/oder durch Waaren den Werth
content; et ad evitandas plurimas exinde oriundas litium incom-
moditates, cuius rei elegantem casum in tr. suo all. p. m. 142, inf.
§ p. 143 proponit. Savary juxta edit Germ. de ao. 1676. add. Dn.
Zipf, de Theffer. collib. secl. 6. §. 19. p. 54. in. fin. seqq. conf. tamen
Leipz. Hand. Gerichts. Ord. Tit. XI.

S. XIII. Porro quod ipsas pecuniae species in negotio camb.
atinet, illarum tres communiter deprehendimus videlicet, 53
Wechsel-courent- & Banco-Geld. Pecunia cambialis ea dicitur,
quaे loco & exsolutionem determinato, non vero contractus, 54
cambio datur atque accipitur. Sic in Prussia Ele^t, per novissi-
mum Rescriptum Electoris Brandenburg. cambia in nullo alio 55
pecuniae genere perfici, geschlossen werden / debent, quam in
Polnischem Gelde, velut in Alzehner und Sechser. conf. et-
jam Preusch-Wechsel-Ordn. Art. 12. Courent, designat gemeine
gangbahre Münze. Banco in specie denotat Banco Thal. Stück.
vor Stück: adeo ut nec creditori seu presentanti in exsolven-
dis nummis per aliam monetæ speciem, etiam si cum *Lagio* mit
Muffgeld satisficeri possit, sed præcise in præscripta moneta est
solvenda vid. L. 9. in f. ff. de R. C. L. 16. Cod. de Solutionib.

S. XIV. Hac occasione haud inconvenienter disquirimus, 57
an premium cambii juste augeri vel minui possit? Resp. Affirm.
quia non semper est in eodem loco eadem existimatio pecuniae.
Consideratur vero alias existimatio dupliciter uno modo qua 58
legaiis & naturalis, quam accipit pecunia ex impositione Prin-
cipis; altero modo qua accidentalis dicitur, prout est ea, quam
habet pecunia ratione aliquarum circumstantiarum, veluti (1)
ob inopiam pecunie, quaे contigit, quando multi Campores
non habent pecuniam tradendam ad Cambium 2. Paucitas vel
multitudo accipientium aut dantium ad Cambium conf. plu-
ribus Bonacina de Contractib. Disp. 3. question. 5. punt. unic. n. 15. 17.
19. Lessius de J. & J. Libr. 2, cap. 23. Dubitat. 6.

S. XV. Quapropter in nonnullis locis v. gr. Amsteloda- 59
mi,

- mi Lipsiae &c. optime provisum est, ut quilibet tempestive currentis pretii notitiam habeat, eandem à parariis seu proxeneti exquirat. Hi enim ut plurimum utriusque negotiis, ita & cambiis intervenientes omnium optime currentia pretia reciscunt: quippe alias in plurimis quoque plateis, singulis se-
 60 ptimanis vel diebus, quibus tabellarii ablegantur, illa pretia, ut eo commodius ad omnium præsertim, peregrinantium, notitiam perveniant, schedulis solent imprimi subscriptis eo-
 61 rum nominibus. Quæ schedulæ appellantur cursus negotiatio-
 num & cambiorum, Belgis *Prijs courrant, cours van Wijfeln Cours-Zettel*. Idem dispositum legitur in Ord. Camb. Frat-
 cof. ad Moenum, ceu videre est apud Vogt all tr. pag m. 37. sq.
 Ut & Lips. Art. 31. Gvalther. de Camb. th. 2 Lit. b. in fin.
- 62 §. XVI. Succedit sextum requisitum probe pariter in Camb. animadvertisendum, quod nimirum summa acceptæ pecunia iterum per acceptantem numeranda, à Traslate nul-
 latenus numeris seu cypbris tantum, v. gr. 100, sed omnino in-
 tegræ expressis literis sit conscribenda. Arg. L. 6. §. f. ff. de Bo-
 63 nor. posse. Idcirco ad evitandas fallacias à Cambiatoribus in
 medio literarum transcriptionis postmodum plenis verbis,
 vel in calce earum, vel etiam illico post appositam summam
 plene expressam, numeris saltem reiterando, exarandam esse
 tradit. Sprenger §. 3. n. 4. pag. m. 40. Heydiger cit. 17. cap. 7. p.
 64 59. & 62. in fin. Hic à Dd. disquiritur, quid juris si in adscripta
 summa diversitas quadam occurrat respectu contextus, & majorem
 summam rubrica, minorem contextus epistola cambialis exprimat, an
 tum valeat cambium, & quid ex ea debeatur? Resp. sub sistere e-
 jusmodi literas & minorem contextus summam deberi nobis
 persuasum habemus: Ratio (1) est, quia rubricæ ex nigro re-
 cipiunt, restrictionem & declarationem, adeo ut si contrariae
 nigro seu textui appareant, illi potius, tanquam posteriori &
 magis deliberatio sit inhærendum, Lauterbach. i. conclus. for. 3.
 lit. c. Linck. de Rubro, Nigro & Albo diff. 1. part. pos. n. 4. & 9. (2)
 quia semper minor summa majori inest L. In eo, uo, ff. de R. J. L.
 g. L. 200. eod.

§. XVII.

§. XVII. Subsequitur septimum requisitum in epistola cambiali occurrente, videlicet vocabulum *Commiss.* quod à committendo natales refert, denotatque fidelem detentorem seu possessorem cambii getreuen Inhaber des Wechsels Briefes / oder *Ordre* seu wenn er ordinarien wird & hic subordinatus aut in individuo, facta expressione ipsius nominis, nominatur, aut simpliciter nomine *Commiss.* insignitur v. gr. *Titio vel Mevio tanquam Commiss.* seu *Adiecio solve 100.* Imp. hic adjectus Mevius *Commiss.* seu *Commissionarius* nuncupatur: Vel ita: Cajo oder seinem *Commiss.* oder wen er ordinarien wird / bescheide der Herr 1000. Thal. zuzahlen. Hic nomen *Commissarii* non deprehenditur appositum, sed solummodo generaliter insertum: proinde effectus denominationis consistit in eo, quod si nomen *Commissarii* appareat subiectum, speciale non requiriatur ad exigendum ambium mandatum, secus autem, si nomen *Commissarii* non deprehendatur expressum cum specialis ad accipiendam pecuniam efflagitatur concessio. Sprenger all. Tract. p. 52. Cum quoque nonnunquam eveniat, ut presentans vel plane non, vel non tempestive in loco convento comparere valeat, ac ideo alio opus habeat, quem vice sua subordinet, eique exactionem committat, inde mandatum de-exigendo cambio, dorso litterarum inscribi solet, quod tum vocatur *indossebe*, *indossem* / quasi in dorso scribere, quodque ita peragitur. Der Remittent lässt auf dem Rücken des Wechsel-Briefes vor einige Zeilen spatum und schreibt alsdann seinen Nahmen zu dem Ende / damit derjenige / dem der Wechsel zugesandt wird / in das gelassene spatum, den Nahmen des Presentanten einschreiben könnte sc. conf. Heydiger all. loc. pag. 36. & 37. item p. 63. Marquard de Jure Mercat. Libr. 2. cap. 15. n. 6. 7. seqq. quod si autem unus alteri exactionem Cambii in dorso adscribat ac ita multoties personæ mutentur: wann die Indossemten velfältig multiplicaret und fortgeschrieben werden / id appellari solet *giriren* / i. e. plures facere inductiones, quarum vigore talis cessio vel assignatio æque ac si solennis seu judicialis esset facta, subsistit. conf. Ordinat. Cambial. Lipsiensium Art. 11.

D

quod

quod tamen ad evitandas prolixitates & altercationes non ubi-
vis permisum, sed prorsus est interdictum. conf. Dn. Praeses de
Caur. f. 3. cap. 5. §. 23. Heydig. pag. all. Sic Jure Camb. Elec. Prut.
*Indossemens in bianco seu blanco in weiss oder offen non valer, ver-
ba in Art. 27. ita sonant:* Wechsel-Brieffe welche an Ordre zu be-
zahlen lauten/ müssen vorherd che sie bezahlet werten/ gehörlich
indosseret seyn; es sollen aber keine andern *Indossemens in bianco*
gültig seyn/ sondern selbige sollen alle ganz vollkönnlich ausgeschrie-
ben werden/ mit Nahmen dessen/ an wen sie zu bezahlen/ wer den
Werth dafür erleget und die Zeit und Orth/ wortinnen die *Contra-
kten* darüber conveniret. In Ermanglung dessen/ ist der Einha-
ber schuldig dem *Acceptant sufficiente Caution* zubestellen/ daß er
die Bezahlung des Wechsel-Brieffes rechtmäßig empfangen/ und
der *Acceptant* vor alle Nachmahnung zu sichern.

§. XVIII. Quid & contingat, vocabulum *Commiss.* in sym-
bolis colligib[us]icis non reperiri, an illi, cui induoscere vel induatio in ter-
go seu in fine literarum directa, exactione pecuniae st[et] concedenda? Affir-
mativam opinionem sustinemus eamque sequenti responsu-
quod refert. Dn. Zipfel de Tesser. collyb. seit. 6. §. 18. corrobor-
amus. Ob nun woll die Wechsel-Brieffe bloß und allein auff Caju[m]
eingerichtet/ und das Wort *Commiss.* wie sonst öfters psleget
gesetzet zu werden/ barinnen nicht begriffen; Dieweil aber den-
noch Cajus unter die Wechsel-Brieffe geschrieben/ daß Sempro-
nius seines einwendens ungeachtet die Gelder ihm N. N. zu bezah-
len ic. schuldig.

§. XIX. Solet præterea, quod tanquam octavum requisi-
tum sistimus in literis transcriptionis exprimi vox **PRIMA**, ea
nimirum intentione, ne remittens, qui provide sibi prospectu-
rus, pro una summa duas recipit Schedas Camb. qua una for-
te amissa, conf. L. qui tabulas 27. §. 1. ff. de Furt. altera nihilomi-
nus Præsentanti transmittitur, ex ambabus exactionem urgere
queat, in una schedula exarari solet h. m. der Herr beliebe zu
zahlen diesem meinen **Prima Wechsel-Brieff**: in altera vero sub-

ET MODO ACCEPTANDI.

27

eodem dato conscribitur vocula : Secunda e. gr. der Herr be. 71
 zahlē diesen meinen Secunda Wechsel-Brieff wo Prima noch
 nicht eingelauffen / und bezahlet. Si autem geminatæ non e-
 dantur literæ, inseritur duntaxat vox SOLA : der Herr beltebe 72
 diesen meinen sola Wechsel-Brieff zubezahlen. Gaitus de Credit.
cap. 2. Tit. 7. n. 1364. Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 5. n. 74. conf.
 Churf. Pr. Wechs. Ordin. Art. 3. Denique hisce annestimus
 quod in fine literarum collyb. subsequi solet subscriptio Tras 73
 santis absque tamen sigillatione. De quibus fusius actum in
 Disput. nostra de nominis subscriptione habit, Regiomonti, quo
 nos remittimus.

§.XX. Delibatis ita brevissime requisitis literarum Camb. 74
 progedimur contemplaturi ipsam Acceptationis formam. An-
 tequam vero hæ acceptentur, præsentatio illarum præcedere
 solet, ut scire possit Præsentans, utrum acceptabuntur nec ne.
 Fit itaque Acceptatio, vel ab Acceptante in persona propria, 75
 vel à tertio aliquo. Priori modo ea tribus absolvitur modis 76
 (1) expressis verbis in scripturam relatis v. gr. Ich accepte und
 verspreche conante Zahlung. Cautus tamen hic sit Præsentans 77
 & curet ut acceptans literas cambii, easdem propria subscrip-
 ptione sui Nominis acceptat expresso insimul acceptationis
 tempore, quo paratior deinde, lapso solutionis destinatæ tem-
 pore contra hunc institutatur executio. Unde in casum hujus
 deficientis subscriptionis præsentans non tenetur, oblatas li- 78
 teras camb. recipere, sed potest quasi penitus recusata accepta-
 tionem, protestari, quod comprobat ordin. Elect. Camb. Prut. Art.
 8. in verbis : Ein Acceptant ist gehalten die Acceptation eines Wechs-
 sel-Brieffes mit eigenhändiger Schrift / Beysfügung seines Nah-
 mens und des Dati zu leſſen / anderer Gestalt ist der Einhaber
 solche anzunehmen nicht verbunden / sondern kan davon / als
 wäre die Acceptation gänzl. ch. vermogert worden / protestiren.
 Consentit etip. Wechs. Ordin. Art. 8. & Pr. Land. Rcht Lib.
 4. Tit. 18. a. 2. §. 4. ubi rigor ulterius extenditur, ut scil. accepta-
 tio L.C. iatra 4. horas ante abitum primæ postæ perficiatur. Non
 nunquam in scriptis hæc sit unica syllaba expressa acc. i. e. acce-

D 2

pfo.

CAP. III. De Requisitis Cambii

§ 1. *Opio.* Vel unica lineola subducta. Quapropter periculosa admis-
sionis illa est acceptatio: *Ich accepte umb in der Zeit juantvor-*
ten/ qua voce acceptans à solutione erit immunis, si contin-
gat interea Trassantem foro cedere: etenim verbum juantvor-
ten multum differt à promissione solutionis, & sic reservan-
tur acceptanti omnia juris beneficia.

§ 2. § XXI. (2) Contingit acceptatio verbis ore prolatis: v. g.
Ich will den Wechsel-Brieff acceptiren und bezahlen/ vel Veu
ich habt gesehen. Conf. Savary *all. Libr. part. 1. cap. 21. p. 156. seq.*
& annexum Edictum seu Ordinanç *Ladov. XIV. Regis Gallie*
vom Handel der Kauffleute de anno 1667. d. 2. Junii Tit. 5. Art. 7.

§ 3. (3) Accepta literæ dicuntur, tacita earum receptione atque
retentione. Quæ tamen non ita intelligenda est, ac si ille,
cui facta tratta. easdem penes se retineat, sed probe a se per-

illustratas restituat illi, cui destinata exactio, facta notula ad ter-
gium earundem, cum expressione diei, se istas schedulas vi-
disse Turri *Tr. de Camb. Disp. 2. quest. 2. n. 15.* & tum solet dici:

§ 4. *Dass der Wechsel-Brieff honoriret oder respectiret worden seyn.*
Unde quicaciter acceptat, retinetque ejusmodi literas, nec
iisdem contradicit, cum potest, habetur pro consentiente ac
approbante, præsumiturque ex hoc solo facto omnia in eis con-

tentia ratificasse, suoque Juri renunciasse, *arg. L. si filius fam. 16.*
f. de Scto Macedon. Qui enim expresse non reprobat, proba-
re videtur. Bursatus *Vol. 1. conf. 39. n. 1.* Hinc providi Cam-

§ 5. psores, recipientes schedulas collybist. sed eas approbare no-
lentes, in dorso earum scribere solent, *se illas recipisse, & non*
acceptasse. quaff aber nicht angenommene Marquard. *de Jure*
Mercat. Lib. 3. cap. 9. n. 60.

§ 6. § XXII. Porro acceptatio sit vel pure & simpliciter, quan-
do schedæ cambiariæ absque ulla protestatione, aut reservata
contradictione acceptantur: *vel sub conditione,* videlicet vel pro
parte Cambii solvendi tantum, conf. *Pr. W. Oron. art. 23. ibi*
Wann ein Acceptant den Wechsel-Brieff nicht vollkömlich / son-
dern nur zum theil bezahlen wolle ic. vel pro honore litera-
rum, seu in honorem Trassantis. Similiter suspenditur
ple-

plenissima acceptatio literarum tamdiu, donec provisio acceptanti reciproca satisfaktionis adveniat, quod mercatores ita efferrunt: Wenn die Retour nebst dem Advis. Briefe ihm zufah. 89
mz / damit er wisse / wo er sich seiner Wiederzahlung revaliren solle / & tunc presentans tamdiu, donec provisio adfuerit, expectare tenetur, aut, liberum ipsi erit interea temporis protestari. Heydig. all. tr. p. 72. Marquard. cit. Tract. L. 2. cap. 12.
n. 85. 86. Econtrario sola promissio de acceptando & quidem conditionata, wenn die Retour ankommen / reum obligare negquit, si merces transmissae, non fuerint liberæ aut sufficientes: sofern die retouren oder Waaren nicht frey oder sufficient seyn zu Auszahlung des Wechsels. Deinde alia acceptatio in Feriis, 91
alia in plateis perficitur. Illa regulariter fit (pro varietate tam locorum) vel initio seu prima septimana feriarum vel in secunda hebdomade, dicta alias die Zahl. Woche/ ut Francof. ad Mœnum, Lipsiæ &c. Sic in Prussia Elector literæ camb. ad 92 certas in hoc Ducatu privilegiatas perque octiduum durantes nundinas directæ, primo vel secundo die instantis mercatus, exclusis diebus discretionis, acceptandæ sunt. Preusch. Churff. Wech. Recht Art. 17. Hæc scil. in plateis acceptatio fit vel à 93 usq; istius loci, vel secundum conventiones contrahentium. De his infra cap. 4. pluribus acturi sumus.

C A P. IV.

Effectum Acceptationis Lit. Cambii opponens.

CONSPECTUS.

C onnexio. n. 1.	consistat. n. 6.
A nexus presentationis & acceptationis. n. 2.	Cautela pro remittente n. 7. seq.
Q uomodo acceptans constituantur debitor. n. 3. 4.	An acceptans cambium ante diem exsolvere queat? Expenditur n. 10. 11. seq.
C autela pro acceptante. n. 5.	Queritur, ubinam cambium exsolendum, si locus in eo non sit
E ffectus acceptationis in quoniam	D 3

- 30 CAP. IV. DE EFFECTU ACCEPTATIONIS
- sit determinatus. n. 15.
 Pecunia an in edibus Presentantis
 vel responsalis solvenda? n.
 16. seq.
 Quid alibi locorum bac de re obit-
 neat & in specie de Iudeis festi-
 tur. n. 19. 20.
 Quisnam cambium exigere valet?
 n. 21.
 Verbum bezahlen quid in foro mer-
 cat. importet. n. 22. seq.
 Quid juris sit, se scède collybiſt.
 casu amisse vel spoliata, tra-
 ditur n. 24. seq.
 Limitatio. n. 29.
 Tesseris collyb. acceptatis, ac post-
 modum decollatione ex improvifo
 emergente, cuius hoc sit pe-
 riculum n. 30.
 Rationes contra presentantem.
 n. 31.
 Transribenti hoc cedere pericu-
 lum evincitur. n. 32. seqq.
 Idem juris est in acceptante bonis
 lapso scribente, n. 36. sq.
 Movetur objec̄tio. n. 38.
 Limitatio. n. 39.
 Queritur an moriente principaliter,
 corresponsalis post factam acce-
 ptationem ad solutionem cam-
 bi teneatur? n. 40. 41.
 Acceptans vi acceptationis obli-
 gatur. n. 42.
 Ampliation. n. 43.
 Rationes prioris asserti. n. 44.
 Dissentientium rationes. n. 45. seq.
 His occurritur. n. 47.
 Quid in Prussia Ducatu bac de re
 obtineat. n. 48.
 Genera solutionis n. 49. seqq.
 Compensatio an in cambiis locum
 habeat? n. 52.
 Lipsie pro scontris specialis liber est
 conficiendus n. 4.
 Rationes contra compensationem.
 n. 55.
 De novatione cambii. n. 56. seq.
 De assignatione n. 58.
 Quid de ea in Prussia & Lipsia can-
 tum. n. 59. 61.
 Consilium pro presentante. n. 60.
 Quid alias à mercatoribus hic at-
 tendatur. n. 62.
 Quid delegatio per directionem
 scripture. n. 63.
 Solutio per bilanciam n. 64.
 Sibiantare quid. n. 65.
 Item Mancamantum, avanco &
 Netto, n. 66.
 Quaritur si acceptans plusquam
 debuisset, solverit falsario cu-
 ius hoc cedat periculus? n. 67. sq.
 De secundo acceptationis efflu n.
 69.
 Quando competit protestatio &
 quid ean. 70. sq.
 Ab acceptatione Cambii tertius seu
 extraneous excluditur, n. 72.
 De

- De concursu personarum in acceptando cambio.* n. 73. 74. seq.
An Remittens contra traffantem protestari queat? n. 76.
Acceptanstanquam serius probatore litterarum aque protestum elevare valet, modo hoc in persona coram Notario de jure Camb. Prut. manifestet n. 77 94. 95.
De forma protestationis remissive n. 78. seqq.
Tempus protestandi variat. n. 80.
Auso, à vista, Nachsicht quid de notis. n. 81 seqq.
Quomodo in nundinis anniversariis Regiomonti protestandum. n. 83.
Pro conservando cambio, ejusque consequendis commodis, tempore protestatio interponenda. n. 84 seqq.
Negligens fatalia protestandi, quomodo sibi praiudicet. n. 87.
Quid redire literas cum protestu. n. 88.
Subsequitur ipsa forma protestationis. n. 89.
Presentanti in protestando quid incumbat, n. 96.
De formulis protestandi remissive. 97.
Transitus ad actiones ex cambio resultantes. n. 98.
Cambii contractus qualis. n. 99.
Nostra de opinio. n. 100.
De Actione inter Remittentem atque traffantem. 101. seq.
Remittenti contra acceptantem nulla actio competit. n. 105.
Quae actio Traffanti contra Acceptantem. n. 106.
Modo hic literas vere acceptaverit n. 107 seq.
Queritur, an acceptator solvens sine his verbis stelle est à conto, habeat datorem litterarum obligatum? n. 109.
An vero ille cambium, deficientibus ipsis memoratis verbis, in bujus banorem cum protestu solvere valeat? traditur. n. 110.
Quid importent illa verba stelle est à conto? n. 111.
De obligatione exactoris contra correspondalem ratione acceptationis. n. 112. seqq.

§. I.

Quemadmodum presentatio schedularum cambialium dunt taxat pergi solet ab eo, cui directa remissa, quisque tandem ille sit & quacumque ratione remissa adeum pervenerit: sive respectu curae tantū, sive intuitu proprietatis tantū, sive ratione

wir-

triusque simul absque omni habito discrimine; ita acceptatio ab-
 2 solv. solet ab eo, cui literæ una cum tracta diriguntur; quo fit, ut
 hæc bina præsentatio & acceptatio ita se concomitentur, ut una
 ab altera (circumscripta tamen ac suspensa protestatione) sepa-
 3 rari nequeat. Unde dici solet quasi quædam copulatio conten-
 fus duorum simultanei. Hinc rite Præsentatis atque debite ac-
 ceptatis literis Collybisticis h. e. visis, lexis, receptis, atque in
 contrarium, si minime potestatum fuerit, acceptans constitui-
 4 tur debitor ejus, ad cuius mandatum easdem acceptavit, ne-
 que prius liberatur, nisi actuali facta solutione. Cautus itaque
 fit mandatarius Trassantis in recipiendis scedis camb., ne se-
 mel facta acceptatione, in omnem eventum solvere teneatur;
 etiam si expressum tractantis mandatum revocandi habeat, re-
 mittensque ante valutæ exsolutionem fidem cum foro mu-
 taverit, illud tamen, utpote re non amplius integra, revocari
 nequeat juxta communem regulam, solvat qui acceptat.
 Wer acceptirt muss zahlen. conf. Scacc. all. ir. de commerc. &
 camb. §. 2. gloss. s. n. 547. seq. pag. 449. Proinde si imprudenter
 § acceptavit, damno suo prudentior factus post modum solvat.
 Quam in rem à Dd. acceptanti consulitur, ut si de reciproca sa-
 tisfactione quodammodo dubitet, non pure schedules colly-
 bisticas subscrivat, sed ita: *accepto pro honore literarum cambiorum*:
 sive acceptaret den Wechsel zuehren / oder den Trassiver bey Ehren
 und credit zu erhalten. Dn. Præses Tr. de Caut. comr. scđ. 3. cap. 5.
 §. 12. Consistit ergo effectus acceptationis legitima exsolu-
 tione, (2) hac denegata in *tempesive interponenda protestatione*, deni-
 que (3) in *instituenda actione*, ad consequendum id quod in li-
 teris Cambiorum continetur,

§. II. Diximus primum effectum acceptationis consi-
 stere in præstanta solutione: unde si remittens dubitet à man-
 datario trassantis promptam satisfactionem non subsecuturam,
 tum sibi, vel præsentanti curet in primis si notitiam accep-
 tit acceptantem ante tempus forte esse decocturum) constitui
 expromissorem tesseras collybisticis subscriventem ad hunc ca-
 sum, ut hic, si primus debitor non persolvat, nulla ulteriori ad-
 mis-

missa exceptione satisfaciatur, perinde ac si esset primus ex Cambio debitor; imo ut etiam teneatur in eventum, quo prior ille, tanquam persona inhabilis, obligari non potuit. *Turri de Camb. Disp. 1. quest. 17. in fin. Scacc. de Commerc. §. 1. quest. 7. part. 3. lim. 17. n. 8. Gaitus Tr. de Credit. cap. 2. lib. 7. n. 2236. conf. omnino Bonacii, de Contrat. Disp. 3. quest. 5. puult. un. n. 21. Andr. à Matre Dei Tract. 14. punct. 1. n. 17.* His adstipulatur Wechsels Recht. Art. 22, ibi: *Wann ein Geber Nachricht befähme, daß der Acceptant vor der Verfall-Zeit fallit wäre / hat er Macht den Zieher zu Stellunge Bürgschaft / Unterpfand / oder anderer vergnüglichen Versicherung anzuhalten / daß sein Wechsel-Brief auf die Verfal-Zeit bezahlet werde &c. Quin si Creditor parum g. confidat Debitoris facultatibus, cum curet inseri schedulis transcriptionis hypothecam conventionalem & privilegii nundinalis renunciationem; verspreche gute Zahlung bey Verpfändung meines Vermögens: vel quod eodem recidit: bey Einsetzung des meinigen und mit Verzeihung der Marck-Frey-heit. quo facto insignem Creditor consequitur prærogativam, de qua in 9 cap. 5. Imo adhuc paratioris executionis ergo valde utilis cautela est, ut is, qui cambium dedit, simul se ipsum in propria persona ad solutionem in loco destinato faciendam obliget, daß er den Wechsel auf sich selbst trassire oder siehe Dn. Præses all. loc. §. 21.*

§. III. Utut alias quis ante diem vor dem Verfall-^{Eage} / o etiam invito ac reluctante Creditore, solvere queat, cum plurimque dies debitoris gratia adjiciatur L. 70. L. 98. S. 4 ff. de Solution. L. 7 ff. de rejudic. L. 31. S. 6 ff. de Donat. in vir. & Uxor. Id tamen in prælenti negotio minime procedit, sed demum adveniente die, auf den Verfall-Tag wann der Wechsel-Brief betaegt und verfallen/ quo demum pecunia efficaciter numerari potest, medo is dies extenore harum tesserarum evidenter eluceat: & hic stridissimum est obervandus, adeo ut etiamsi acceptans interea temporis ex detractione interesse lucrum aliquod percipere potuisse, tamen ante tempus vor der Zahlungszeit in schedulis determinatum fieri non debeat repræfien.

sentatio pecuniaria, ne videlicat is, qui ante diem solvit, postmodum periculum seu *rystgo* subeat, damnumque patiatur, si forsan eveniat, ut alter, cui citius exsolutum, isto tempore bonis labatur Lauterbach *disp. de Jure in curia Mercat.* *uist.* *ib.* 180, Ratio hujus assertionis in eo collocatur, quia (1) acceptans non proprio sed mandatario nomine solvit. Si ergo fines mandati quoad præfinitum tempus excedat, neque quod excessit, neque negotiorum gestorum actione, irtuote que utiliter non gestit, committentem convenire poterit, sed sibi imputet periculum interveniens, non mandanti Dn. Struv. *Decif. Sambat.* *cap. 12 Decif. 16.* Vincent. de Franchis *Decif. Neapol.* 303. n.

12. 2. seq. (1) quia tempus inter requisita & proprietates veri cam-
13. bii continetur, atque ad certum quid respicit. (3) quod pecu-
nia acceptanti transcripta, non hujus, sed illius sit, qui e-
am solvendam in mandatarium dixerit. Jam aperti juris est,
quemlibet esse arbitram, & moderatorem rerum suarum L. 21.
C. Mandat. si hoc, nulla facultas competit acceptanti circa al-
terius pecuniam arbitrari, sed præcise obstrictus erit inhærere
14 mandato committentis. Eleganter ista fusius per casum deducit Martin. Wagner in *Tract.* cuius titulus est *Idea Mercature e-*
dit. Bræmæ anno 1561. quest. 7. pag. m. 33. seq. ubi ita disquirit: Ist
auch ein Acceptant schuldig und gehalten die Zeit so ihm im
Wechsel-Briefe von seinem principalen zur Bezahlung bestimmt/
gar genau zu beobachten und nicht eher zu bezahlen/ bis der Wech-
sel-Brief præcise verfallen? conf. Heydiger, *all. loc. cap. 8. pag.*
84. Carp. 2. P. 2. *definit.* 132. Preusch Wechsel-Recht Art. 27. quod
sic disponit. Es ist kein Acceptant befugt einen Wechsel-Brief
vor der rechten Verfall-Zeit an den Einhaber oder Præsentan-
ten zu bezahlen/ wenn es auch ein Prima von ihm acceptirter
Wechsel-Brief wäre/ und er sich der Zeit halben in Decortirung
der Interesse einen Vortheil machen könnte. & Preusch Land-
Recht L. 4 Tit. 13. art. 2 §. 5. sub fin. add. Leipz. Wechs. Ordin. Art.
14. in medio.

S. IV. Audiimus in anterioribus, quod solutio in loco
convento sit præstanda. Hinc questionis est, quid iuris, si lo-

643

cus in cambialibus negotiis, force non expressus reperiatur? Resp. ex Dn. D. Joh. Sam. Strykii, disp. de loco Solutionis cap. 1. §. 5. solutionem tum faciendam esse in loco contractus, seu ubi in litteris campioris promissio facta, debitorem posse conveniri. Elegans hujus rei exemplum suppeditant Carpz Part. 3. Decis. 216. & omnino Dn. Rivinus in Specim. Except. Forens. cap. 2. n. 5. 6. Brunnem. ad L. 1. ff. de O. & A.n.1. Porro non inutiliter hic disquiritur. An corresponsalis teneatur pecuniam transferre in ædes præsentantis, an vero hic teneatur adire ædes illius & ab eo eandem exigere, ob er ihm das Geld müsse ins Hauss bringen? Resp. de jure obligari quidem quemcunque debitorem ad pecuniam in ipsis creditoris ædibus, numeratione legitime facto restituendam. Unde eo in loco repræsentatio pecunia fieri debet, ubi eam secure & acceptare & possidere potest creditor. conf. disp. all. de Loc. & solut. c. 1. §. 16. Verum enim vero ut ut hæc alias ita comparata eadem tamen hic ne obtineat sententia diversa ratio suadet; non etenim ἀνλογικό debetur illa pecunia quantitas, sed demum facta literarum camb. præsentatione: haec vero cum in ædibus illius qui solvere pecuniam debet, facienda, vero simile est, teneri quoque præsentantem, ut eo loci oblatam acceptet pecuniam, quo facta præsentatio jung. Leipz. Wechs. Ordin. art 12, ibi das Geld beim Debitor zur Verfallzeit abzuhöhlen obliget. Dn. Stryck. all. disp. cap. 2. §. 17. & 18. ubi huic nostræ assertioni obstante dubium removet, quod videlicet præsentatione facta non illico subsequatur exsolution, sed perlectis & subscriptis litteris camb. h. m. accepticit / soleant illæ schedulæ exactori pecunia rursum reddi solutione in aliud tempus dilata, atque sic nihilominus postmodum acceptans pecuniam ad illius domum deferre teneatur. Sed ut diximus huic dubio in all. Disp. & loc. plene est satisfactum §. 18. cap. 2. ubi §. 19. legere est de Veneto 2. ② rum peculiari domo dicta vulgo: das Deutsche Hauss ad ex-solvenda cambia peregrinantibus singulari studio definita. De Judeis equidem cautum legimus, quod hi si cambium Christianis solvere debeant, pecuniam in horum ædes, &

36 CAP. IV. DE EFFECTU ACCEPTATIONIS

quidem absque ulla præmonitione deferre teneantur, ob nimiam forte sorditatem in illorum speluncis alias inveniendam, conf. Leipz. Wechsel Ordin. §. 12. ibi. Jedoch sollen die Juden / welche an einen Christen Wechsel-Brief zu bezahlen acceptaret / das Geld dem Christen ohne einige Erinnerung ins Hauss / oder Gewölbē zu bringen pflichtig seyn add. Ordin. Camb. Francos. ad Moenum renovata de 40. 1676, d. 8. Febr. art. 5. ubi idem de Judæis dispositum invenitur.

21. §. V. Exigere itaque Cambium duntaxat is, qui in schedula nominatus potest i. e. Presentans, ejusque commissarius Briefe-Zinnhaber/oder commiss. & quidem ut sibi ab acceptante solutio præstetur in pecunia præsenti seu contant: in baarem
22. Gelde gezählet werde. Notandum hic, verbum b. zählen in literis & contractibus mercatorum appositum idem importare ac si diceretur: b. rägt t werden sollen oder müssen / quæ inducunt
23. necessitatem, Besold. Thes. Pr. verb. Solvere. Unde in schedula Camb. vocabulum solvite (zählet) occursit est imperativum & temporis præsentis, operaturque duos effectus: (1.) ut inde literæ sunt dispositivæ, ideoque nequeant revocari, si eus si non essent dispositivæ, v. gr. si scribatur: solvere placeat. (2.) ut tollat omnem moram atque dilationem Scacc. de Commerce, & Camb. § 2 gloss s. n. 1.
24. §. VI. Quid si vero eveniat, ut literæ collybisticæ à prædonibus spoliatae, quem casum recenset Martin. Wagner in Idea Mercature pag. m. 34. 35. 36. queritur, quid tum juris obtineat? Resp. Tractantem ad novas reddendas camb. schedules teneri arg. L. 65. ff. A. R. D. & primævam obligationem durare, modo ipsi super indemnitatem debite caveatur, ne dum alius forte eidem literas exhibeat repertas, juxta illas idem bis exsolvere cogatur; alias ad novas tradendas tess. ras non ante esset obligatus transcribens, quam hoc indicatum fuerit correspondenti, Nicol. de Passerib. de Privat. Scriptur Lib 3 quest. 41. n. 9. Struv. Ex. 25. tb. 44. ibiq; Müller Lit. d. not. XVI. & Decis Sab. barb. cap. 15. Decis. 21. Scheffer. Parr. 3. quest. 38. n. 28. Stypm. de iure Maritim. Part. 4. cap. 8. n. 79. Gant. de Credit. Lib. 2. Tit. 7.

n. 2443.

#.2443. Unde hodie cum expressione ac mentione SECUNDÆ²⁵
concipiuntur, & plerumque adjici solet mandato solutionis
conditio, si priores scheduae, quæ primæ aut secundæ nomine
indigitantur, nondum fuerint exsolute, i. e. diesen meinen se-²⁶
cunda Wechsel-Briefe/ wo Prima unbezahlt. Imo hodie ma-
joris cautelæ gratia ad evitandas plurimas deceptiones una,
aut separatim a trassante mitti solent ad mandatorium literæ
præmonitionis seu avisoriæ avies Briefe/ his ergo deficienti-
bus, vix ac ne vix præstatur solutio. Verum nec hac ratione²⁷
occurrendum improborum hominum fallaciis & interceptioni-
nibus videtur satis esse prospectum; etenim si prædo vel alias
quispiam fur literas cambii, in quibus simul reconditæ jace-
rent schedulae avisoriæ ad correspondentem directæ cuiquam
interciperet, annon dolus hic in signis committeretur in sum-
mum præjudicium veri præsentantis? Quapropter elegans²⁸
cautela est, ut exactissime persona præsentantis describatur
an Alter/ Kleidung/ Person/ Gestalt/ Farbe oder andere abson-
derliche Kennzeichen, die er an seinem Leibe hat/ oder aber ein ge-
wisses unter ihnen bestimmtes Wort/ welches der Præsentant
zufügen hat/ mit überbringe vid. Savary im vollkomm. Kauffm.
part. I. c. 20. p. m. 154. conf. Pr. W. R. art. 4. sub fin. Add. Leipzig.
Wechs.-Ordn. art. 3. Fallunt tamen supra afferrà, ne scil. trans-²⁹
scribens ad alias literas edendas teneatur, si dissimulando for-
te à remittente, priusquam eas præsentanti miserit, affereretur
amissio, quo sic a semel inito contractu impune resiliret, Zahn.
de Mendacitis Lib. 2. cap. 13. n. 1. Paschalius de Viribus Parie potestat.
P. 1. cap. 8. n. 65. seqq. Budelius de Monet. & re Monetar. P. 1. cap.
25. n. 9. n.

S. VII. Progredimur ulterius contemplaturi, quid juris³⁰
si in loco solutionis auffm bezahl. Platæ/ schedulae cambiariæ
à mandatario trassantis quidem acceptatae, sed antequam hæ
exsolute hic rationes conturbet, foroque cedat, cuius tum e-
rit periculum, utrum scribentis, an præsentantis? Posterioris³¹
sc. Præsentantis esse periculum nonnulli volunt, quos inter
Thom. Carleval. tom. poster. de Judiciis Tit. 3. Disp. 6. n. 25. ibiq; lon-

- 38 CAP. IV. DE EFFECTU ACCEPTATIONIS
- ga serie recensiti Dd. Nicol. de Passerib. all. tr. Lib. 3. quest. 4. o. n. 71. 72. Marquard. de Jure Mercat. Lib. 2. cap. 12. n. 74. seqq. Stypmann. de Jure Marit. Part. 4. c. 8. n. 89. 90. Mascard. cunct. 939. n. 8. (1) quia talis acceptatio habetur de stylo mercatorum loco solutionis pecuniae. (2) quoniam per acceptationem, ceu quasi novationem, novus surregatus sit debitor, qui
Mandat, ita parili ratione mandatarius Trassantis non aliter ad ¹⁰⁷ solvendum devinctus est, nisi literis camb. à se acceptatis, & perletis, vel tantum temporis effluxerit, quo probabiliter eas perlegere potuerit. Idcirco hic ut solvat vi semel commissi & consecuti mandati à Transcribente actione mandanti directa compelli potest, Raphael. de Turri Disp. 1. quest. 19. n. 10. II. Cz-polla cautel 9. Unde vicissim Acceptanti adversus mandantem ^{I 08}
Altio Mandati contraria ad recuperandam pecuniam pro isto numerata, item provisionem cæteraque omnia, quæ ratione ipsius mandati ab eo consequi debuisset; sin pro Honore liter. acceptaverit, negotiorum gestorum actio, cum melior ipsius conditio sit reddita, iudulgetur. Ansaldus de Ansald. de Commerce. & Mercat. Discurs. 2. n. 42. & Discurs. 3. n. 14. Struv. Exerc. 25. th. 44. ibique Müller lit. E. p. 1760. Menoch. Cons. 296. n. 24, conf. Dn. Præses de Investig. forens. act. sect. 1. membr. 7. §. 20. n. 25. junct. Tr. de Cautel. sect. 3. c. 5. §. 12.

§. XXIX. Non à scopo aliena videtur hæc quæstio, ^{an 109} correspondali solventi secundum datam formam transcribentis hic mandat obligatus, non obstante quod fuerit mandatum concessum absque solitis verbis: stelle eß à conto ac proinde hæc verba potius abundant, quam ut aliquem producant effectum? Resp. distingv. aut disceptatur, an obligetur ex clara ac liquida obligatione & tum negando respondemus, nisi in missis literis memorata verba speciatim deprehendantur, quæ tum non consentur otiose apposita, sed id operantur, ut mandatario transmittentis expressa indulgeatur obligatio, utpote efficacior ea, resultante demum ex Lege secundum regulam juris, major vis est expressi, quam taciti L. 52. ff. de Condit. & demonstr. Aut dubitatur an teneatur actione mandati? & Resp. affirm. cum quoad tales obligacionem hæc verba stelle eß à conto omnino abundare videantur, dum Mandatario seu Acceptandi actione mandati contraria adversus mandantem consuli potest, quam primum juxta tenorem accepti mandati à suo principal, solverit arg. L. 16. ff. Man-

56 CAP. IV. DE EFFECTU ACCEPTATIONIS.

Mandat. L. 45. pr. eod. ibique Dn. Brunnenm. conf. Uffenb. de

Prot. in camb. cap. 6. n. 26. 27. Lauterbach Tr. synopt. de Muto et c. annex. Tr. Heydiger's Anleitung pag. m. 137. sub finem.

An autem commissionarius schedas camb. quibus predicta verba; stelle es à conto subiecta, in illarum honorem cum protestu solvere queat, non adeo expediti juris videatur? Nos Resp. neg. quia hæc eo saltem

tendunt, ubi Scribens in literis alicui commisit, ut solutionem quidem præstet, pro reciproca autem satisfactione ad rationem, Javolenum ad interim sibi habeat obligatum. Hoc in casu si acceptans hanc oblationem recusat, & sibi devictum malit

retinere transcribentem, tum utique potest in ipsa solutione

eapropter elevare protestum Rota Gen. Decis. 19. Alias verba

steller es à conto denotant vinculum Trassantis, vi cuius se debitorum illius, cui facta tratta, profitetur.

§. XXX. Pedem ulterius promovemus ad obligationem
Præsentantis aduersus Acceptantem, ubi in antecessum observamus, quod hic illum nullo modo habeat obstrictum, cui exsolvit, sed eum de cuius mandato solvit, & Accipiens obligatur erga mandantem, non vero erga solvantem Straccha de Mer-
catur, Decis. 168. n. 2. quapropter ex pura demum acceptatione
acceptans constitutur debitor Præsentantis juxta vulgatum,
ver acceptet muss zahlen/ & exinde tum resultat alio Consitu-
ti seu constituta pecunia t. e. ff. Et Cod. de consit. pecun. quippe
per acceptationem hoc agitur, ut obligationem, qua devictus
est Dator literarum Remittenti, aut ei cui remissa facta nempe
Præsentanti, in se derivet Acceptans, ac postmodum ex ea te-
neatur Carpzov. de Camb. lib. 58. Marq. all. Tr. Lib. 3. cap. 12. n. 84.

Mevius Consil. 101. n. 1. 2. add. Pr. Wechsel-Recht Art. 7. Imo si di-
cendum quod res est, autumamus ex ejusmodi acceptione
& missa solutione oriri Præsentanti actionem ex stipulatu ad
exigendam pecuniam cambialem, cum hic Acceptantem in-
terroget, an literas oblatas acceptare & solvere velit, vel non,
quod si annuat, contractus stipulationis celebratus. Dn.
Præses Tr. de invest for. art. all. loc. §. 21. si vero a Mandatario
datoris literarum Cambii schedula non recepta fuerint, tum

con-

CAP. ULT. DE MODO PROCED. IN ACCEPTANT. CAME. 57
contra hunc, præmissa tamen ut supra debita protestatione, succurritur Procuranti, seu ei cui facta remissa, aut etiam certo respectu ipsi remittenti, conditio causa data causa non secura, qua cum tota forte interesse, cæteraque omnia in elevationem protesti erogata, repetuntur. Strypmann de Jure Marit. part. 3. c. 8. n. 87. 88. Heydiger all. Tract. c. 11. p. 106.

§. XXXI. Denique si omnino ab eo cui Tratta facta, acceptatio recusata ac eapropter à Procurante protestatio debite ac tempestive interposita fuerit, tum cuique alii licebit e-jusmodi literas honorare ac exsolvere, qui tamen eo ipso, quod negotium tractantis utiliter gesserit, eundem exinde sibi *ad iudicium negotiorum gestorum*, reddit obligatum, quasi hoc modo, ne ad interesse ob non acceptatas literas postmodum conveniantur, liberaverit, Marquard de Jure Mercat. Lib. 2. c. 12. n. 45. Ratio in eo consistit, ne alicui officium suum sit damnosum, Gvalther de Camb. lib. 7. Lit. p. 5 q. conf L. *siquis absentis 2 L. solvendo.* 39 ff. de N. G. L. solvere 53. ff. de Solution. c. conf. Pr. Wechsel-Recht art. 9. vid. *supra* n. 7.

CAPUT ULTIMUM.

De Modo procedendi in acceptatione Liter. Cambii.

CONSPECTUS.

T ^r ansitus n. 1.	terponenda. n. 16.
Modus procedendi in cam- biis n. 2.	Digresso ubi simul de officio iudi- cis in decernenda citazione traditur n. 17.
Judices hic quales eligendi. n. 3. seqq.	Libellus in cambio. n. 18.
Quid in Prussia obtineat. n. 7. sq.	In eo ultra tria puncta cumulari nequeunt. n. 19.
Quid Judicii in cambiis observan- dum n. 9. seqq.	Formula. n. 20.
Actio ex Cambio quo loco institu- enda. n. 13. seqq.	De personali comparatione. n. 21. seqq.
Protestatio in loco solutionis in-	

§8 CAP. V. DE MODO PROCEDENDI IN ACCEPT.

- Clavis camb. personalem operatur comparitionem. n. 26.
Exceptiones in cambio occurrentes. n. 28.
De exceptione Legitimationis n. 29.
De mandato iudiciali in cambio. n. 31.
Quomodo cum debitore contumaciter emanente procedendum n. 32.
In Prussia nulla plane exceptiones attenduntur. n. 33.
De exceptione N. N. P. an ea in cambiis attendatur? 36.
Rationes pro affirmativa n. 38.
Pro negativa. n. 39.
Num idem procedat si quis non sit in numero mercatorum? n. 40. sq.
- De exceptione excusonis in L. C. n. 44.
De exceptione solutionis, prescritionis, dolii maliti. 45 seq.
Dgressio ad probationem. n. 47.
Ex libris camporum num contra tertium resultet probatio? n. 50.
Quid in actu recognitronis observandum n. 51.
De Demonstratione n. 52 seq.
De de c' relatione iuramenti in camb. n. 54
Appellatio in cambiis rejicitur. n. 55.
Creditor ratione valuta trassanti exsoluta, postmodum vero hoc bonis labente, qua in classe in vindicanda valuta ille postmodum sic collocandus. n. 56.

§. I.

Contemplati haec tenus sumus effectum acceptationis L. C. residuum ergo adhuc erit, ut ad ipsum processum seu ordinem procedendi in negotiis Cambialibus observandum nos convertamus. In quo quamplurima contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, huiusmodi Dd. scripta passim exponunt. In modo procedendi si quidpiam celeriter expeditionem ac executionem requirat, profecto hoc praefens negotium cambiale gaudebit. Cum vero nemo commodius de cambiis natura ac qualitatibus judicare valeat, quam qui in illis versatus, quique requisita negotiationum, normam ordinationum cambialium atque observantiam Judicii, quae inter mercatores accampores observatur optime calleat & intelligat; ideoque tales sane judices non aliunde, quam ex mer-

catorum gremio erunt feligendi. Etenim qui negotiationibus unice intenti ac dediti, consuetudinum suarum reputantur peritissimi; è contrario Judices extra forum mercatorum constituti, eas minus habent cognitas, satius esse suomet judicio acquiescere, quam aliorum sententiaz inhærente, existimantes. conf. Nicol. Rodriquez Fermosius ad cap. 5. X. de Jadic. quæst. 23. n. 1. Scacc. de Commerce. §. 1. quæst. 2. n. 20. Vogt. de Camb. p. m. 224.

§. II. Proinde in plurimis celeberrimis Emporiis certa iudicia seu collegia sunt constituta, quibus publica autoritate praefecti, negotiationis præfertim cambialis admodum gnari non nulli mercatorum, admixtis tamen quibusdam vel ad minimum duobus literatis, qui omnes, in cambiorum materia inter cujuscunque Ordinis aut dignitatis personas, lites emergentes compонere ac decidere tenentur: prout Amstelodami est Camera assurancie die Camer van Assurancie, Norimbergæ die Marcks, Vorgerher Hamburgi, itemque in Anglia die Kurie Meister comprehendimus vid. D. Gualther de Camb. ib. n. lit. b. Sic Lipsie singulare aliquod judicium à Joh. Georg. III. Elect. Sax confirmatum, quod appellatur das Handels-Gesetz / coram quo omnis generis litigia circa mercaturam obvenientia deciduntur. conf. hic Mylerus ab Ehrenbach de Principiis & Statib. Imp. Part. 2. cap. 58. §. 10. sub. fin. & utut in Patria mea, non quidem singulare aliquod judicium pro causis cambialibus, sicuti alibi, ordinatum est, constitutum tamen est judicium Telonii das Licent-Gericht & à Magistratibus oppidanis judicium censorium, seu multæ germ. das Wett-Gericht dictum; coram illo commerciorum præfertim maritimum, coram hic ambigua causarum sata ad mercaturam indistincte pertinentia, dirimuntur. Quo tamen cambialia negotia vix ac ne vix referuntur, utpote que ad cognitionem supremi Regiminis spectant, si lites eapropter altioris indaginis exoriantur. Imo si cause mercatorum die Comercien-Sachen vi Rescripti Elector. de 20. 1691. d. 12. Maj. altioris indaginis non sint, nec solennem judiciorum ordinem

60. CAP. V. DE MODO PROCEDENDI

requirant, à supremi Regiminis Consiliariis de simplici & plano deciduntur: si vero causæ sint majoris momenti, & ordine judiciorum plenarie servato decidendæ, Judicio Aulico cognoscendæ traduntur, ceu appareret ex tenore all. Rescripti, quod totum exhibet Dn. Grube in Tr. de Processu fori Prus. c. 28. n. 129. quo nos remittimus conf. Pr. Wechs. Recht art. final. Et c. 3. n. 251.

§. III. Rite itaque constituto judicio, non aliter judicis erit judicare, quam ex statutis seu articulis Mercatorum sillerorum que moribus, aut speciali à Superiori promulgata ordinatione. Præprimis vero hic respiciendum est, ut in materia cambiali, utpote moram necquicquam ferente, levato velo L. 5. C. de Naufrag. de simplici & plano, cæterisque omnibus aliis amputatis ambagibus precedatur. Geminas hujus rei suppeditat Marquard de iure Mercat. L. 3. c. 7. n. 11. rationes (1) quia Curia Mercatorum æquiparatur Ecclesiasticæ (2) quoniam mercatores peregrinantes miserabilium personarum privilegiis gaudent, quæ semper summarie & celerrime pertractantur. Idcirco magis & æquo & bono (hic tamen non æquitas imaginaria & cerebrina, verum rationi consentanea & ex probe perspectis circumstantiis in legibus fundata, intelligenda) quam nimio rigore, scrupulositate, subtilitate ac apicibus juris res sunt dijudicandæ.

§. IV. Cum regulariter quisvis auctor, sequi teneatur forum Rei L. 2. C. de Jction. omn. Jud. L. fin. C. ubi in rem adiit. Hinc qui actionem cambialem est intentaturus, instituat eandem necessaria est in foro domicilii debitoris L. 19. §. 4 ff. de Judic. L. 29. ff. ad L. Municip. aut in loco contractus celebrati L. 2. 3. ff. de Rebus autorit. Judic. Possid. Carpzov. Decis. 216. seu in quo destinata solutio auff dem Bezahl. Platz L. 9. ff. de eo quod cert. loc. L. 21. ff. de O. & A. modo ibi deprehendatur. Huc omnino facit Pr. Wechs. Rechts Art. II. Quid si vero literæ camporis destinatio loco fidem non invenerint? Resp. eum non in loco solutionis, sed domicilii tunc esse conveniendum, Gaitus de Credito cap. 2. Tit. 7. n. 233. Honorat Leotardus Tr. de Iuris quest. 5. 126. n. 16. Imo si contingat praesentem aliquando esse camporem

rem in loco solutionis, cum ille ibidem, præsertim si hic à loco domicilii nimis sit remotus, ad solvendum adigi potest per e-legans præjudicium à Dn. Z. pfei p. 57. §. 21. allegatum: Ob nun wot der Locus der Wiederzahlung nach Danzig destinaret / und deswegen die Zahlung daselbst zu suchen; diwells aber dennoch Danzig von hier weit entlegen / und der Schuldener daselbst so bald nicht anutreffen. So mögen N. N. Erben ihn J. G. wegen der zu Wechsel gegebenen 1000. Rthlr. allhier in Leipzig zu wieder Vergnügung nach Wechsel Recht anhalten lassen / und ist gedachter J. G. die Zahlung an hiesigem Orth's üblichen Wechsel-Gelde zu thun verbunden. V. N. W. Simili.¹⁶

ter si literæ extraneis seu alibi degentibus datæ, in loco solutionis solvendæ, tum si hoc non fiat, ibidem protestatio interponi ac remitti potest conf. Chur. Fürstl. Preusch. Wechs.-Recht. Art. 11.

J. V. Quæ porro præcedere solent judicium, ea sunt vel¹⁷ substancialia vel accidentalia. Ad priora pertinet citatio, ubi tamen in anteceßum illud observari solet, quod antequam ea à judice decernatur, is primordialiter in litibus cambialibus, uti in omnibus aliis, semotis tamen partium Advocatis, amicablem tenet inter litigentes compositionem conf. Leipz. Hand- Ger. Ordin. Art. 1. Pr. Land-Recht Lib. 1. Tit. 8. §. 1. & Tit. 9. §. C. haec vero non subiecta, & sic frustra tentata, non quidem formalis citatio forte in scriptis, sed duntaxat per ministerialem nulla concessa dilatatione, injecta tamen causæ mentione, simplex notificatione fieri solet, conf. Pr. Wechs-Recht art. 1. An. Leipz. Hand - Ger. Ord. tit. 5.

J. VI. Subsequitur *libellus*, qui tanquam solennis uti ali.¹⁸ as hic non requiritur, sed causa summariter & oretenus von Mund aus in die Feder/proponitur, modo fiat apte & concludenter. Ubi insuper notandum quod secundum ord. Jud. Mercas. Lips. plura quam tria capita in eo cumulari queant, modo ea non sint paritura confusionem Tit. 6. all. Ord. quæ pariter in Libello reconventionali admittuntur. Libellus autem præter¹⁹ propterita formatur: P. P. Vor denen selben erscheint Javo-

lenus und saget fürstlich / welcher gestalt befit. Sempronius laut beygehenden Wechsel-Briefes sub A. ihm 1000. Thal. current ait verwichener Michaelis Messe 1698. zubezahlen / schuldig gewesen. Wann dann der bestimmte *Terminus solutionis* bereits längst verflossen / und klr. alles freundlichen erinnern ungeachtet von Beltn. in Güthe die Zahlung bis dato nicht erhalten können; als fordert er wegen dieses Wechsel-Briefes / welcher hemic in originali sub A. produciet wird / Recognition; und nach deren erfolge bittet klr. Beltn. cum refusione expensarum zu Bezahlung des Capitals und interesse moræ nach Wechsel-Recht anzuhalten / desuper implorando &c.

21. §. VII. Et si alias nemo cogi possit, ut semet ipsum in judicio sistat, ac praesens in persona compareat, quippe cum beneficium juris sit, per alium litigare; unde in recognoscendis instrumentis per procuratorem, speciali tamen mandato ad recognitionem instructum, personaliter comparere non teneatur. Preussch. Land. Recht Lib. 1. Tit. 18. §. 4. Carpz. P. 1. c. 17. D.

22. Finckelth. Obser. 10. n. 24. Fallit tamen hoc in causis combinari concernentibus, ubi debitores in primo statim termino semper in persona non solummodo comparere, sed illico etiam literas cambii recognoscere, vel in easdem jurato difficeri adstringuntur conf. Thurnfurstl. Sächs. Leipz. Hand-Ger. Ordin.

23. 1682. art. 13. ibi; doch daß der Debitor im ersten termino jedesmaßt in Person erscheine. Huic adstipulatur Braunschweig. Markt

24. Gerichts- und Wechsel-Ordnung de 10. 1686. §. 7. conf. Vincen-
tius Franchis Decis. Neapol. 303. n. 2. 3. & Decis. 304. qui rigor, ut
ut de eoratione recognitionis Lit. Camb. in Ord. Camb. Elect. Prut. & in jure Prut. reviso nihil expresse reperiatur constitu-
25. tum, & que tamen in Patria mea in judiciis accurate observa-
tur. Hinc si quis agat ex cambio, siue reus citatus plane non
siue per procuratorem compareat, urgeri poterit h. m. Weil
Beltn. in person allhic vor N. N. nicht erschienen / als accusat
Klr. Beltns. Ungehorsam / und weil derselbe aus einem Wech-
sel-Brief belanget / bittet er zu erkennen / daß er in Person
zu erschienen / auf die Klage sich einzulassen und den originali-
ter

ter producirten Wechsel-Briefs sub pœna recogniti ut recognoscirent
schulbig! Dn. Schwend, ad Process. Fibig. cap. 2 pag. 114. in fin.
Obiter hic illud anneximus, quod clausula cambialis Germ. 26
nach Wechsel-Recht in instrumento obligationis posita, par-
tem effectum personalis comparitionis producat, vid. omni-
no Dn. Rivinus in specim. Except. Forens, cap. 8. n. 3. § 9. Alibili. 27
corum in primis Lipsæ, si forte reo in negotio can bium seu
mercaturam concerne, pro qualitate tamen causæ & arbitrio
judicantis, nonnunquam personalis comparitio præcise
non sit injuncta, tum licitum demum ipsi est vi all. art. 7. 8. 13
des Leipz. Hand-Ger. per Advocatum in judicio comparere.

§. VIII. Porro cum exceptiones Ordinem Processus respi-²⁸
cientes in causis cambialibus vix ac ne vix attendi soleant sed
in reconventionem rejiciantur, nihilominus tamen exceptio
legitimationis ad causam, quippe quæ in quoconque foro etiam
summario opponi potest Scacc. de Commerc. & Camb. §. 7. gl. 5.
n. 18. maxime attenditur. Hinc si tertius aliquis ex causa²⁹
camb. actionem est intentaturus, necesse tum habet, ut doceat,
qua ratione istas Literas Camb. adeptus, cum sola possessio li-
terarum non tribuat ius agendi Lenz. Tr. de Nominib. cess. cap.
27. membr. 3. n. 11. Unde cum in causa quadam à Reo exceptio;
qualificationis ad causam cambii actoribus opposita fuerit, ju-
dex quoque ad eam in pronunciando respexit his verbis: Well
der Wechsel questionis ausdrücklich an F. S. oder auf dessen Ordre
zu zahlen indosset und aber Z. und R. (Actores nimurum) weder
von S noch sonst jemanden dessen Ordre, sondern von G. dena
selben auf seine Rechnung einzuhaben Ordre gehabt, so muß G.
in alle wege sich zum cambio qualificiren, wie er dazu gelanget:
h.e. doceat titulum productarum Literarum cambii. conf. Dn.
Slevogt d/p. de Except. Legitim. ad causam §. 28. sub. fin. pagin.
30. Ordinat. Judicij Mercat. Lips. Tit. II. ibi: wie auch
wenn der Klin. seine Person / oder zur Sache sich nicht genuge
sam legitimiren könnte billig in acht zu nehmen. Marq. Lib. 2.
cit. Tr. cap. 12. n. 78. Marta de Jure noviss. tom. 3. c. 9. Gaius Tr. de
Credito L. 2. Tit. 7. n. 149. Quoad mandatum in judicio Mercatorio
Lips.

Lipsiensium, in ipsis tantum casibus ibidem exceptis, ubi Advocatus est admittendus, hoc singulare occurrit, quod praesertim, si peregrinus quispiam negotiator negotia sua per alium ibidem ventilare malit, tum suo mandatario ejusmodi mandato juxta formulam in art. 7 prescriptam judicioque mercatorio insinuando, prospicere tenetur art. 7. p. 37.

32 §. X. Si ergo debitor, presupposita citatione legitime emanata, in judicio non compareat, sed contumaciter emaneat, denuo sub comminatione ulterioris ordinationis bey Vermeydung anderer Anordnung citatur; quod si nec tunc se sistat, per apparitores publicos absque prosopolepsia in judicium deducitur, postmodumque carceri tamdiu mancipatur, donec ultimum teruncium persolverit. Preusch. Churfürstl. Wechsel-Recht art. fin. ibi: in gefängliche Hoff gebracht und daselbst bis zu erfolgter Zahlung des Wechsels und Erstattung aller Kosten angehalten werden. Idem dicendum est dereo, qui de fuga suspectus.

33 §. XI. Prolabimur jam ad exceptiones, quae, cujuscunque illarum fuerint generis, omnes & singulæ per evidentem textum in jure Pruten, Lib. 4. Tit. 18. art. 2. §. 4. in totum rejiciuntur, in verbis: Der Acceptant soll das assignirte Geld ohne alle Exception NB. wie die Mahnen haben mag / zu zahlen schuldig seyn. Veruntamen cum hæc rigida dispositio cambialis omnino in Prussia Electorali attendatur, idcirco contemplatur quid in foro Mercatorum alias communiter obtineat, quæque & in quantum respectu acceptationis L. C. & meritorum cause exceptions alibi adhuc locorum, in considerationem venire soleant. Eminet vero eas inter i. Excepio Feriarum, utpote quibus judicialis strepitus quiescit, & judex sui potestate non facit Germ. gebundene Tage & sunt vel solennes; vel minus solennes: illæ iterum sunt divinæ L. II. C. de Feriis. vel Humanæ: haec rursus sunt duplices, necessarie, vel honorarie quæ in honorem hominis alicuius & singularem memoriam sunt ordinatae: illæ necessarii colligendorum fructuum sunt constitutæ, suntque vel rustica, ut dies messium, vel Urbana, quas constituunt undique mer-

mercatus gratia indicta L. un. C. de Nundin. Non incongrue³⁵
 ergo hic quæritur, an etiam contra literas Cambii locum sibi vindictæ
 exceptio feriarum? Diverse quondam hac in re Lipsiæ Facul-
 tas Jurid. ao. 1680. & Scabinatus Lipsiensis pronunciarunt, ceu
 legere est apud Da. Rivinum *in specim. except. for. cap. 15. n. 6. § 7.*
 ubi præjudicia. Verum enim vero his non obstantibus negativæ
 Dd. opinioni subscribimus, statuentium solutionem testarum
 collybisticarum per hanc exceptionem neutquam sufflaminari
 posse, præsertim si debitor sit de fuga suspectus, Caccialup, Tr.
de debitore suspecte & fugit. quæst. 8. in pr. Peckius de Jure fffend.
c. 7. junct. Clem. Sepe. de V. S. unde Scabini Lips. ao. 1683. in con-
trarium moti, ita responderunt: das Befir nummehro durch die
Gerichts-Diener auf das Rathaus gebracht / und auf die Klage
zuantworten / der Endten-Serien ungeachtet / angehalten wird.
V. N. W. add. L. H. Ger. Ord. arr. u. & Thürfürstl. Pr. Wechs.
Recht art. 16. Dn. Rivinus cit. loc. n. 8.

Spinoza admodum & valde à Dd. agitata quæstio hic (2) 36
 tangenda venit, an exceptio non numerata pecunie contra Literas
 Cambii possit opponi? Affirmativam sententiam multi celeberrimi 37
 Dd. his rationibus sustinent (1) ob generalitatem LL. civilium, 38
 denegantium hanc Anargyriam (2) quia hæc ab æquitate maxi-
 mè aliena est, cum quod quis non numeravit, id nec exige-
 re debeat, licet syngrapham debitoris in manibus habeat (3) quia
 hæc exceptio à mercatoribus traxit originem, inde consequens
 est, Anargyriam ex eodem fonte ortam censer. Fachin, Lib. 2.
cap. 86. Richter. part. 1. Decis. 21. Brun nem. ad L. 5. Cod. de N. N.
P. Lauterbach. conclus. forens. exerc. 22. tb. 15. item in tr. Synopt. de
mutuo Literar. obligat. & quarela N. N. P. annexo Heydigers An-
leitung des Wechsel-Rechts. pag. 131. ut & in disp. de Jure in Curia
Mercatorum usitato tb. 186. vid. tamen ibidem tb. 129. Bachov. ad
Treat. de Mutuo tb. 2. in fin. Mantica Decis. 77. n. 3. Tuti de
Camb. Disp. 2. queſt. 16. n. 23. Trentacinq. Lib. 3. Tit. de Solution.
Resol. 20. n. 10. Jo. Domin. Gait. de Credito Tit. 7. c. 2. num.
2504. Econtrario negativam arripientis, his moventur ra-
*tionibus. (1) Exceptio N. N. P. solummodo locum obtinet*³⁹
I in

in contractum mutui, non vero in aliis contractibus L. 5. Cod. de N. N. P. & ibi Goth. lit. 9. L. 14. §. 2. Cod. eod. (2.) quia solutionem retardat & in longum tempus differt, cum tamen mercatorum & maxime camporum, imo & peregrinantium interfit, pecuniam in promptu habere, ne fides, vel fortuna eorum periclitetur, quæ ex defecitu pecuniarum facillime lœdi posset. Unde ista verba in cambiis *Valuta von demselben/ seu den Werth von demselben vergnügenget innuant revera numerataam fuisse pecuniam, insimulque confessionem ac renunciationem Anargyrie in se comprehendunt.* (3.) Quid in cambiis non sit disputandum de apicibus juris, sed potius ex æquo & bono dijudicandum. (4.) Hisce adminiculantur JCti Argentoratenses, Colonienses Lipsienses apud Vogt. de Camb. p. m. 143. seqq. longa serie cum ipsorum responsis recensuit Marquard. de iure Mercat. Lib. 3. cap. 8. n. 13. & cap. II. n. 48. 50. Berlich. Part. 2. Decis. 294. Carpz. Part. 3. Decis. 257. n. 16. & Lib. 2. tit. 10. Resp. 92. n. 19. 20. Bechov. ad Treut. P. 2. Diff. 28. th. 5. lit. c. in pr. Hopp. comm. ad Inst. tit. de Liter. Obligat. p. 710. Klock. de Erario Lib. 2. cap. 21. n. 29. Ansald. de Ansald. Disc. 1. n. 10. Dn. D. Georg. Grub. in Tract. de Processu Fori Pruten. Cap. 14. membr. 8. n. 35. 38. 39. Struv. cap. 13. Decis. Sabbath. 31. & S. I. C. Exerc. 16. tb. 52. ibique in add. Müller. Lit. 2. pag. 1040. & Exerc. 25. tb. 45. lit. a. Sed quid si alteruter sive creditor vel debitor non sit è numero mercatorum? Eo in casu vult quidem Carpzov. in Process. Tit. 22. Art. 3. n. 80. valere tunc jus commune, ut per exceptionem N. N. P. debitor succurratur, ex hac ratione, quod mercator contrahens cum alio, qui mercator non est, videatur privilegia mercatorum renunciare. Verum hujus opinioni non adstipulamus, quoniam Ordinationes Cambiales, generaliter loquuntur, nec horum aliquam mentionem injiciunt, idcirco generalitateli-
gum tamdiu standum, donec evidenter probetur contraria-
rum. Alias malumus potius distinguere in id, quod ex ratio-
nibus iuris Civilis de hac exceptione afferendum, & quod Cam-
porum moribns hodie est receptum, aut statutis diversis in locis
confitutum. Priori in casu, licet cambium scriptum, datum,
trans-

transmissum & acceptatum fuerit, tamen ex rationibus juris
Civ. si stricte iis inhareamus, an argyram competere, nulli du-
bitamus: secus in casu posteriori. Dn. Lauterbach. in all. Tr.
Synop. de Mutuo, liber. Oblig. & quarela N. N. P. p. 132. apud. Hey-
diger cit. loc. De ordinat. Camb. Lips. in tantum quidem hæc
quarela N. N. P. admittitur, si in continentali & absque ulterio-
ri litis sufflamine, puta Creditoris confessione, aut ejusdem li-
teris doceri possit Art. XI. De Jure vero Pruten. per apertum 43
textum in lib. 4. Tit. 18. Art. 2. §. 4. ibi: ohne alle Exception wie
die Mahnen haben mag zu bezahlen schuldig & de jure Camb.
Prut. §. 7. ibi: auf Verfall-Zeit sonder einige Exception zube-
zahlen hæc exceptio non numerata Valuta in Cambiis plane
non attenditur, sed parti adversæ regressus per reconventio-
nem salvus relinquitur.

(3.) Occurrit exceptio excussionis, qua an in literis Cambiis sit 44
consideranda, haud immerito disquiritur? Nos negative opinio-
ni suffragamur, idque ex hisce fundamentis (1.) propter ipsorum
mercatorum commodum privatum, vid. Novell. 4. c. 3. in
fin. Quippe Reipubl. interest, ut inter Campores, ne commer-
cia sufflaminentur, summarie, rejeclis penitus omnibus juris a-
picibus, sola duntaxat veritate inspecta procedatur. Ne ita-
que si mercatores pro aliis fidejubendo intervenientes primo
loco convenientur, tueri se possint exceptione excussionis de
excutiendo in antecessum principali debitore; inde admodum
saluberrime eapropter in Ordinat. Camb. cautum legimus, ne-
minem posthac exceptione excussionis frui debere; idque
tum propter exuberantiam fidei, quæ in dictis personis semper
abundare, neutiquam vero periclitari debet: tum quod in-
genios campores quovis temporis momenti ad creditorum pe-
titionem pecunia instructos esse oportet (2.) dum fundamen-
tum consistit in eo, quod hoc in foro, tacita presumatur hu-
ius beneficii renunciatio Gomez. tom. 2. variar. Resolat. c. 13. n. 14.
sub fin. Carpzov. P. 2 C 18. Def. 7. Franzk. lib. 1. var. Resol. 12. n. 57.
sqq. Hering. de Fidejuss. Part. 1. c. 27. n. 18. Marquard. de Jure
Mercat. lib. 3. c. 8. n. 5. Ludovici Part. 2. Decis. 64. n. 25. Riccius

Part. i. collectan. Decis. 237. sub. fin. Finckelth. Obs. 96. n. 17. Dissent. Fachin. lib. 8. c. 53.

- 45 §. XIV. Similiter hic nonnunquam admittitur exceptio *solutionis*, modo in continentि sit liquidanda, item *prescriptionis* exceptio, per dispositionem Juris Camb. Lipsiens art. 32. cuius verbare tulit Dn. Præses in *Cautel. Contract. Sect. 3.c.5. §.25. p. 481.* Meretur hic omnino conferri Savary im vollkommenen 46 Rauffmann c. 22 p. m. 181. sq. & p. 204. Denique nec rejicitur exceptio *doli mali*, utputa si rasura videns in susuma pecunia sit commissa: aut quod non sit manus illius, qui asseritur easdem schedes Camb. scripsisse, modo in continentि per aliud productum authenticum instrumentum possit verificari.
- 47 §. XV. Per illustratis exceptionibus progrediendum nunc erit ad materiam *probationis*, quae regulariter ad impedientiam celeriore execusionem non permittitur, nisi in casu quadam 48 tenus ancipiti. Proinde ea vel per testes, vel per instrumenta, aut tandem in subsidium per jusjurandum absolvī solet. Prior modus scil. plenissime & solenniter per testes probandi regulariter propter nimiam litis protelationem juxta judicium Mercat. Lips. & alii in locis plane non conceditur: hinc quoniam ista altioris indaginis sunt, remittuntur in reconventionem. 49 nem. E contra posterior modus, per literas nempe probandi, probe observatur. Etenim si ex loquuntur *dispositio* non solum contra campforem scribebent, sed & pro tertio inducunt probationem. Contra cum vero, in quem ejusmodi literae diriguntur, neque obligationem, neq; probationem inferunt, nisi acceptenur, ex quo demum resultat firma aliqua obligatio. An autem ex libris Camb. contra tertium probatio aliqua inducatur? Resp. aliqualem saltem inducere, argumento desumpto à Libris Mercatorum. Nicol. de Pasterib. *de privat. Scriptur. Lib. 3. qv. 42 junct. quæst. 40. n. 62. 64. seq. itaq; hæ literæ Camb. alias in favorem tertii, cui solvendum erat cambium.* Mascard. *de Probat. concl. 990. n. 5. Marq. de Jure Mercat Lib. 3. c. 9. n. 58.* contra scribebentem probant. In actu ergo recognitio- nis literarum camb. integra scriptura exhibenda, & non quoad subscriptionem tantum, est recognoscenda Nicol. de Pasterib.

rib. de privat. script. Lib. 3. cap. 45. n. 2. Vincent. de Franchis De-
cis. 304. per tot.

§. XVI. Porro si in iudicio mercat. Lips. demonstratio ^{dig 2}
Bescheinigung (probatio namque ordinaria non permittitur)
alicui pro qualitate & circumstantia cause per sententiam sit in-
juncta, tum à sententia in rem iudicatam transeunte, elapsu tri-
um septimanarum spatio articuli verificationis cum nominibus te-
stium & instrumentis offerendi. Pari ratione, hac demon- ⁵³
stratione peracta, pars adversa confessim æque intra illud tri-
um septimanarum determinatum tempus absque emissa citati-
*one, iub poena non factæ demonstrationis, articulos suos *rever-**
ificationis exhibere tenet, etiamsi attestata nondum fuerint
publicata. Leipz. Hand-Ger. Ord. Tit. 16. 17.

§. XVII. Quod si tandem causa cambialis ita fuerit com- ⁵⁴
*parata, ut delatione juramenti opus sit, id auctor *ante Responsorem**
Rei facere debet. Sin à Judice jusjurandum deferatur, tum is,
cui hoc impositum est, ad illud præstandum se offerre, aut re-
ferre illud, vel etiam conscientiam suam verificatione exonerare
potest, modo tamen cum decendio rei iudicatae anticipare li-
citum est. Tit. 15.

§. XVIII. Condemnato itaque per sententiam ad solven- ⁵⁵
dum reo, in continentia via executiva contra eundem proceditur,
ita ut jam nulla amplius exceptione, executio impediti possit:
& hoc exinde, quia schedulae collybisticæ habentur, facta scil.
recognitione, pro instrumentis gvarentigatis, adeo ut ex-
clusa omni appellatione, tam quoad effectum suspensivum, quam
devolutivum, regiam manum i. e. celerrimam atque prom-
ptissimam habeant executionem. Conf. Nicol. de Passeri-
bns all. tr. Lib. 3. quaest. 43. ubi dissentientes Dd. allegat. An-
faldus de Ansald. Discurs. 3. n. 3. Disc. 4. n. 3. & 23. & omnino
Scaccia de Commerce. & Camb. §. 7. glossa. 5. n. 4. Etenim cambii
negotium, considerato suo initio introductum videtur pro
mercatoribus, qui peregrinantes & in locis alienis negotia sua
expedientes, maxima paterentur dama, nisi cambia haberent
executionem paratissimam, conf. Mey, Part. 9. Defis. 133. Dn.
Grube

70 CAP. ULT. DE MODO PROCED. IN ACCEPTANT. CAMB.

Grube Tr. de Processu fori Pruten. c. 3. §. 84. n. 251. & c. 28. §. 17. n. 127. Huc facit textus Pr. Chur. Fürstl. Wechs. Recht art. fin. ubi non excipiuntur minorennes, nec foeminae: quæ parata exæcutio æque contra acceptantem quam scribentem & remittentem procedit: conf. Pr. Wechs. Recht art. 1. 28. 29.

§. XIX. Antequam Colophonem huic dissertationi imponamus, lubet unicam adhuc quæstionem hic annexare, quid juris si Valuta vere Traffanti sit numerata, ille vero interea temporis, antequam Litera ab ipso date, exsoluto, bonis labatur, an ea propter Remittens in repetenda Valuta pre reliquis aliis creditis prælatione aliqua gaudere debeat? Resp. affirmando, si pecunia illa adhuc existat, quia talis pecunia cambialis actu adhuc penes traffanteum existens deposito æquiparatur; unde ea mercatoribus audit depositen-Gelder. conf. L. si hominem. 7. §. 2. ff. Deposit. L. si res tuas s. Cod. Ad exhibend. hinc deponens dominium rei depositæ censetur penes se retinuisse: Modo tamen in natura in facultatibus debitoris falliti talis pecunia adhuc tum reperiatur. Alias si ea fuerit consumpta, nulla pollebit prærogativa, sed inter personaliter privilegiarios collocatur L. 24. §. 2. ff. de Rob. autorit. Judic. Possid. Carpz. Part. 3. Decis. 280. n. 8. ubi præjudicium Brunnenm. in Tract. de Proc. concurs. Credit. cap. 5. §. 5. & ad L. 7. n. 10. ff. Depos. Haberkorn. in Process. Concurs. cap. 2. n. 8. & n. 296. Richter. de Privileg. Credit. c. 2. memb. 1. n. 14. Nicol. de Passerib. de Privat. script. Lib. 3 q. 41. n. 7. seqq. Martini ad Ord. Jud. Elect. Tit. 42 §. 1. n. 16. Struv. S. f. C. Ex. 25. lib. 45 & ibi Müll. tit. y. Gait. de Credito c. 2. Tit. 7. n. 2457. sq Richt. P. 2. Decis. 78 n. 10. ubi elegans præjudicium. consentit. Pr. W. R. Art. 33. in verbis: Wann ein Zieber! Acceptant, oder Endossant falliret! si sollen die Wechsel Briefe zwar für andern Wahren/ Schulden und obligationen die præferenz haben/ keines Weges aber vor /speciale und zu Buch gebrachte hypotheken/ten für privilegirter und unmündigen Kinder-Gelde. Jung. textus im Wecht Lib. 1. Tit. 49. §. 1. junct. §. 11. add. Leipzig. Wechs. Ordin. art. 34. ubi speciale quid ratione mercium fidei aliquius concreditarum, Commissi-Güter in excitato concursu est ordinatum.

Hæc sunt B. L. que pro instituti ratione proponere sicut; que forte omisi, vel minus accurate posita, candori tuo supplenda vele mendanda relinquens. Tibi itaq; O Alme Deus! pro gratiissima in me beneficio- rum cumulatione & clementi studiorum meorum asfertentia gratis lito nunquam desturas: & ut ea imposterum in Tui Nominis gloriam & Patriæ emolumendum dirigere velis, supplex exoro.

94 A 7377

ULB Halle
004 950 151

3



Vd 18

Vd 17



I. N. D. N. F. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS,
De
CAMBIALIUM
LITERARUM ACCE-
PTATIONE,
Von
Accepfirung der Wechsel-Briefe
Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
MARCHIONE BRANDENBURGICO ET ELECTORATUS
HEREDE, &c. &c.
IN FRIDERICIANA ELECTORALI BRANDENBURGICA,
EX DECRETO ET AUCTORITATE ILLISTRIS FACULTATIS JURIDICÆ,
PRÆSIDE
D.N. SAMUELE STRYKIO,
JCTO, COMIT. PALAT. CÆSAR. SERENISS. ET POTEN-
TISS. ELECTORIS BRANDEMB. CONSILIARIO INTIMO, PROFESS. PRIMARIO,
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, ET p. t. DECANO.
PATRONO FT PRAECEPTORE SUO ÆTFRNUM SUSPICENDO,
IN AUDITORIO MAJORI
DIE IX. Decembr. A. M DC XCHX.
Horis ante- & pomeridianis.
Solenni Eruditorum disquisitioni exhibet
JACOBUS Möpner / Reg. Pruff.
Recusa HALÆ MAGDEB., Typis. Chr. Henckelii, Acad. Typ. 1710.

